signum suae Divinitatis sanctitatis ac immortalitatis  
acciperet. In huius mysterij ac manifestationis  
qua mundo et gentibus sui notitiam praebuit memo  
ria. Laudent te ac Quadragies mille benedi  
cant te congratulentur ac congratulentur tibi omnes  
Sancti Confessores Sancti Episcopi Theodoros Ma  
riachi Eremita Vigiante virum conjugati praei

L

pue S. Benedictus S. Bernardus S. Robertus  
S. Franciscus S. Iacintus S. Simon Ziprica  
S. Joannis Cantius cum quibus te aliquando  
videre colereq; in celo speramus. Laudo a  
doro magifico glorifico et ego licet indignus  
ac benedico te virgo gloriosa et humiliter  
obsecro ut concedas mihi gratiam quatenus  
et ego Regem Regum omnium filium tuum  
dulcissimum in comitatu istorum sanctorum Regum  
assiduam quaram non in Betlegem sed in cordis  
mei presepio in eoz multum ipsam adorem in  
Spiritu et veritate ac ut ei ueram obere au  
rum Splendentis Charitatis incensum deuotionis  
et mirram perfectae mortificationis quatenus  
et omnes uires omnesq; animi fortitudinem  
imitanda sanctissimae uitae ipsius promptas et  
alacer impendam. Non despicias o cœmina  
mea benignissima miserum te inuocantem sed au  
di ad te clamantem. Tu enim es orphaxorum  
ac miserorum mater misericordissima. Tu es le  
titia cœli tu exultatio terræ. Tu es illa serenis  
ma luminis parens quae amabiliter animas omni  
um te amantium illuminas. Tu es Domina sum  
ma pietatis quae fideles tuos seruos ad glo  
riosa cœli feliciter perducis habitacula. Tu es  
illa columba formosa quae iuxta fluctata aqua  
rum gratia dei scilicet requiescis cuius uoluntatem  
tu inuolubilis spirant odoris flegmaticam ac lina  
uitatem. Ad te faciam nam leuo cœli Regineam

ad te oculi cordis mei respiciunt in te confidit  
 anima mea miserere mei et exaudi me quia in te  
 omnis Salus mea consistit post unigenitum tuum  
 Filium Dominum Deum nostrum qui uiuit et re-  
 quat Deus in Trinitate unus benedictus in  
 secula seculorum. Amen.

Facipe Quinto Pater noster. et dicitur Aue Ma-  
 riæ supra post Iesum Christum.

Quem biduo amissum solens quæsiuisti,  
 Ac in templo docentem gaudentem inuenisti.

Surgit per totam seculum qd. huc orat. Credo  
 orabis quoq. dendi sic.

## Quintum Denarium In- uentionis:~

Gaudeo et congratulor tibi ô uirgo sanctis-  
 sima Maria Domina et mater mea sollicitissi-  
 ma quia filium suadentem in templo remanentem  
 sollicite quæsiuisti feliciter inuenisti de syluano  
 disputationis eius mirabiliter exultasti ac tan-  
 dem subditum tibi et sponte tuo in omnibus uidi-  
 sti. In memoria huius gaudij tui Laudent te  
 ac Quinquagesimæ mille te benedicant congru-  
 lantq. ac congratulante tibi omnes Sancti ac  
 Sancte Sei. S. Anna mater tua et Maria  
 cognatae tuae amici singq. tibi Elizabeth Ma-  
 gdalena et Martha Sancti quoq. Catharina  
 S. Barbara ac omnes sanctissime uirgines An-  
 nas et Coniugati cum quibus te aliquando ui-

deus colere in celo speramus. Laudo adoro  
magnifico glorifico ego quique. Licet indignus  
et benedico te virgo gloriosa et oro te  
liter pro sola tua bonitate da mihi ut nunquam  
ego a te separer nec tu a me. Expelle a me  
omnem socordiam et torporem, exhermia  
giditatem animi concede donum fervoris et  
sollicitudinis quo filium tuum quotidie ampli  
us et amplius queram. Impetra mihi perfectam  
devotionem et ardentem divinam iustitiam sicut  
quae ita possideat cor meum ut nunquam labatur  
nunquam sim ei ubique serviendo faciat. Pro  
stra mihi id quoque virgo benedicta ut quoties  
cumque gratiam devotionis mea culpa perdidit  
vo eandem cum dignitate queram quod in  
miam mentemque maiori cum cura custodiam  
ut illius benedictio propitius sim ab obsequio  
mei Creatoris. Qui vivit et regnat Deus in  
saecula benedictus. Amen.

## Conclusio Primae Partis

Beata viscera Mariae Virginis quae portaverunt  
aeterni patris filium et beata ubera quae  
lactaverunt Salvatorem meum. Antiphona  
Dulce nomen Domini nostri Jesu Christi et beatissimi  
matris eius sit benedictum in saecula saeculorum  
Amen. Haec prima pars prima etiam  
dicitur sabbatino recitanda est.

# Secunda Pars Rosarij Dolorosa:

Incipit ut supra sic.

Veni sancte Spiritus reple tuorum i.  
Cohorta.

Ve igne S. Spiritus renes nostros et cor nostrum  
Domine ut tibi casto corpore seruiamus et mun-  
do corde placeamus. Rex dominum nostrum i.

Domine labia mea aperies

Et os meum annuntiabit laudem tuam

Deus in adiutorium meum intende

Domine ad adiuvandum me festina. Gloria.  
Memento salutaris auctor, ut supra. Kyrie eleison  
Christe eleison Kyrie eleison.

Pater noster i. Ave Maria deus et post Je-  
sus Christus.

Qui tristes in anima solavit sanguine

Dum prostratus in hostio orat pro homine.

De oratio 207.

## Primum Denarium:

Condoleo tibi o virgo mitissima Genitrix Dei Ma-  
ria domina et mihi mea fidelissima in illa incre-  
dibili anime tuae esse angustia quam pertulisti dum  
dulcissimus tuus filius Redemptor noster ibi vive

redemptionis aggressurus durum ac arduum relictis  
nobis inestimabili thesauro sui preciosi corporis  
ac sanguinis in Eucharistia ac lris iam suorum  
discipulorum pectibus illius Charitatem mutuan  
in culcando ac precipiendo tibi suae dilectissimae  
matri in anima tristis valde ultimum vale dice  
ret. O quam gladius acutus Sna mea tuam pe  
netrauit tunc animam sanctissimam in quanta  
cor tuum amabile versabatur angustias: video  
mibi uedere te tunc ante pedes unigeniti tui  
prostratam totamque madentem lacrymis ad di  
centem. O fili mi dulcissime o gregis manducillu  
me o unicum animae meae solatium, itane tuam  
relinquis parentem desolatam siccine potes mi  
serum cor matris tuae affigere: itane mi gregi  
le in praetam lupis rapacibus esse properas cui  
tantum me relinquis: quis tutor: quis patronus:  
quis defensor meus erit: ne permittat o fili mi  
ut ego separer a te ecce et mori tecum parata  
non amittam te vitam ac unicum animae meae  
solatium ac gaudium: sed quis lacrymas tuas  
effulas numerare: quis angustiam tuam o me  
sillima mater uel cogitare potest: quam tu  
sustinucisti dum filius ita placare Patris ab  
illimo cum dolore quidem tui matillime matri  
sua responderet quam quidem uoluntatem Pa  
tris absque mora aggreditur explendam te me

Illam relinrens parentem, orat in horto pro-  
 stratus in faciem coram Patre suo ac pro incredi-  
 bili angustia sanguinem effudit sudorem quem  
 expellit futura mortis representatio multorumq;  
 hominum ipsius passionis ingratitude ac eorum  
 perditio futura: insuper tui matris sua nobil-  
 issimae ac desolate memoria. In hoc igitur tuo  
 merore ananini angustia quam habuisti ex se-  
 paratione et sudore sanguine filij tui. Te lau-  
 dent tibi condolent ac decies milies benedicent  
 te omnes Sancti Angeli Archangeli Throno-  
 minationes Potestates Virtutes Principatus Che-  
 rubin ac Seraphin uniuersiq; curiae celestis Spi-  
 ritus eum quibus te aliquando uidere in caelo ac  
 colere speramus. Laudo et ego licet malignus  
 te digito et mater dolerosa utq; decies milies  
 benedico te et oro te o benignissima mater mea in-  
 petra mihi apud filium tuum gratiam ut exemplo  
 illius non meam sed illius ac eorum quos mihi pro-  
 esse uoluit semper sequar uoluntatem abnegans me  
 ipsum mihi. Ecce et nunc me totum ipsius irrevoca-  
 bili uoluntati trado et tuae gratiae me offerens  
 omnem uoluntatem meam in gratiam tuam et filij  
 tui uoluntatem transfundo. Fac o Domina mea ut  
 uoluntas eius fiat semper in me de me in tempore atq;  
 aeternitate. Offero enim me paratum ad perferendum.

cum auxilio gratiae eius quicquid ipsi placuerit ipsa gratissima voluntas eius sit semper dulcis consolatio mea illudque peto donum mihi concedi quo possim continuis orationibus meditationibus alijsque pijs operibus tempus redimere. Amen.

Insuper tuam Patrem nostrum. et Trinitatem Sanctam  
via tuam Credo in Spiritum Sanctum unquam  
particulam S. Iesus Christus sic.

Qui nichil ad columnam stetit alligatus.  
Innocens ab iniquis dire flagellatus.  
Oratio autem sic post.

## Secundum Denarium

Condoleo tibi ex toto corde meo o Mater Dei  
nostri virgo Maria incredibili maxime afflicta  
et a dolore simul ac dolore quem sustinueristi  
tunc quando conspexisti illud triste spectaculum  
tam quomodo filium tuum dulcissimum post latam  
sententiam crudelissimi illi carnifices eductum  
ex Praetorio vestibus proprijs spoliabant nudatum  
tunc in conspectu totius populi columnae alligabant  
et quomodo dulcissimus Iesus tanquam  
agnellus mansuetissimus totus perfusus coertum  
quia ipse tanta humilitate ab eisdem denudari ac  
alligari permittebat non gravens os suum ac

ac unum quidem uerbum ad tot contumelias  
 quas tibi ei inferbant respondens. O quam ac-  
 utus doloris gladius tuam tunc sanctissimam animam  
 penetravit: mirandum profecto et quippe uer-  
 menter mirandum illum tunc <sup>in</sup>perpallum dolorem  
 vitam non auferre tibi maxime uero quando con-  
 spexisti quanta crudelitate Sabelites illi Sath-  
 nae tanquam leones ferocissimi super illam delica-  
 tissimam uirginem carnem irruerunt uerbera im-  
 mania diraque flagella super eam expromentes  
 addentes idus, et ictus et plagas pligis ac vul-  
 nera uulneribus addo ut nix sacri eius sanguinis  
 ab humeris illis sacratissimis in terram decurrerent  
 et confluentes circa columbarum lacunas sanguinis  
 faciebant. Ah quid potest cogitari crudelius? quid  
 nominari maius potest iniuria? Ah o Domine quomo-  
 do cor meum non mouetur ad compatiendum tibi quan-  
 do quidem contempler te ad terram subito comisse  
 totamque perfusam lacrymis tantoque dolore pau-  
 examatam mens mea considerat. Condoleant igitur  
 tibi et laudantes. Viri millies benedicant te  
 omnes S. Patriarchae et Prophetae Innocentes San-  
 ctus Joannes Baptista et omnes Sancti ueteris  
 testamenti cum quibus te aliquando in domo colere  
 in celo speramus. Laudo et ego licet indignus a-  
 doro magnifico te o mater Dei dolorosa et oro  
 te concede mihi ut memoria tantae afflictionis

tantiq; doloris filij tui sit mihi occasio eum ipse  
amandi et timendi ac ut tibi condoleam ipseq; com-  
patiar ad amandum permoueat cogitans quam  
multa quamq; crudelia pro me passus est ad  
timendum sim incitatus considerans quam gra-  
uiter deus uindictam peccatum nostrum ut e-  
tiam filio suo unico non pepercit sed et ad  
spem quoq; hęc memoria flagellationis eius  
me erogat quæso animaduersentem tam copi-  
osum pro me effusum sanguinem tantamq; illius  
( cuius una gutta saluum facere possit totum  
mundum ab omni scelere ) pro me satisfacti-  
onem ad compatiendum dimitte oro me im-  
pellat magnitudo tormentorum et copiosus  
sanguis innocentissimi filij tui. Et tu Sancta  
Domina mea compatere quæso condole ac  
consule omni meæ infirmitati anxietati ad-  
uersitati. Adiuua pia mater fragilitatem  
meam in omnibus meis angustis tribulatio-  
nibus et tentationibus ut libera mente in uera  
pace conscientia mea ualeam semper seruire  
tibi tuoque filio Domino meo Iesu Christo. Qui  
cum deo Patre in unitate Sancti  
spiritus unus deus sit benedictus in secula  
 Amen. Incipit tertium Patet noster et de-  
supra post particulam uero sing. Iesus Christus

Qui in capite Spiritus dicitur vulneratus,  
 Cunctis fuit. Pilate dicitur monstratus.  
 Orabis autem sic. Post.

## Tertium Denarium.

Condoleo tibi ex intimis precordijs meis o  
 Virgo pyssima dei mater Maria in illa tui  
 cordis angustia quam passa es tunc quando ti-  
 lum tuum dilectum Dominum nostrum crudeles et  
 barbari illi homines furore immensi flagellati-  
 onis tormento ducebant ad Pretorium qui nec  
 dum tanto eius dolore et afflictione placati. Cui  
 debant enim totum iam plagis lividum et totum  
 sanguine circumfusum peneq[ue] amovendum) nunquam  
 antea visum nec unquam auditum a seculo tor-  
 mentum excogitaverunt in filium suum convocata  
 siquidem universa cohorte nudatum indurbant  
 veste ludicra ac arundine pro sceptro in manu  
 eius ponentes factum ex spinis acutissimis factum  
 sine ulla misericordia capiti eius in magna impi-  
 ebant adeo ut ex capite eius vulnerato ac per-  
 crebrato sanguis copiosus ~~et~~ in-  
 meum et oculos <sup>di</sup> perfunderetur flactentesque  
 annua iridentes ei illudabant, ac faciem eius  
 sarcinissimam conspuentes, Regemq[ue] suum no-  
 minantes percutebant. O Afflicta <sup>faciem scilicet summa</sup> Virginitate huius  
 mater q[uod] quales tunc sensit anima tua quis

dicere vel cogitare potest tuam tunc afflictionem.  
O quam crudeles in corde tuo pertulisti dolores.  
Et proterea tunc maxime quando uidi dilectum  
tuum a Pilato eductum in conspectum totius popu-  
li ita ut uideris eam tam diu afflictum flagel-  
latum dilaniatum corona spinea redimitum, cum  
sputum sanguine circumquaque obtulim nec omni-  
no formam hominis habentem ille iudex iniquus  
iudicium eum clamauit. **ECCE HOMO** ut for-  
tassis tanta illius afflictione, et eorum crudelitate  
poterit tyranni illi placari ad misericordiam  
que perueniri. Sed non erat qui commiseretur  
nec fuit qui aspiceret preter te o Mater in te tantis  
doloribus examinata maximis tuum tantum modo  
sanctissimum cor unigeniti dilecti tui perferbat do-  
lores tu ipsa aspexisti unicum solatium tuum  
tam grauer vulneratum: tu sola considerasti  
ab amicis derelictum a Petro negatum a proprio  
discipulo uenditum ac proditum in manibus inimicorum  
diuine dire tractatum a militibus irrisum ac illu-  
sum a Regis impio sputum tu sola miseristi omni pro-  
prios humano favore destitutum unde tu acerbitas  
nos in corde sustinisti dolores. In quorum mem-  
oria laudent te honorent ac Trices millies  
benedicant te ac condolent tibi omnes San-  
cti Apostoli Discipuli Omnes Euangelistae om-  
nesque gloriosi Martyres cum quibus te aliquando  
uidebre in celo colimus speramus.

Laudo et ego licet indignus te uirgo purissima  
Saluto adoro glorifico et veneror humiliter a  
te supplicans ut concedas mihi tua bonitate uir-  
gem compassionis tue ac dolenti filij tua Domini  
nostri memoriam utq; memoria arundinis ac Spi-  
ritus coronae eius ac purpurei uestimenti ei in-  
derisum dati, expellat a corde meo omnem ambitio-  
nem arrogantiam presumptionem mundanaq; pom-  
pa et caritatis ostentationem, omnemq; saeculi  
honorem penitus spernam et vilipendam. Impetra-  
re dignens oro uirgo benignissima apud dulcitem  
tuum natum quatenus anima mea a dentillima ul-  
cus caritatis telo percutiatur ut te matrem  
meam et eum solum animum de eo solo cogitem in ip-  
so solo requiescam, utq; nec tribulationes angu-  
stias uel persecutiones ullae me ab eo separent,  
sed nec exire sustineam si quando propter eum  
contempserim et ab omnibus locis hinc ut sic  
Dominum et magistrum meum secutus dignus fi-  
eri possim tuis precibus eiusq; gratia median-  
te regni eius hereditate quam preparauit di-  
ligentibus se. Qui tecum sit in saecula bene-  
dictus. In ipsi s<sup>to</sup> Et nos<sup>tr</sup>. lo. Hinc Maria  
post. Singulas particulas hoc est. Iesus xps  
sic adicit.

Que ad mortem ducitur affectus misere,  
Te uideate cernit sub crucis pondere.  
In fuis vno Caelo. orabis aut sic post.

## Quartum Denarium

**C**ondoleo tibi exintimo affectu meo o mē  
ta virgo Maria mater Dei Sanctissima  
in illo incomparabili cordis tui dolore quem pro  
tulisti cum videris filium tuum pro tot tormē  
tis iam pene deficientem ac enervatum tandem  
et gravissimo oppressum Civis perdere ad lo  
cum mortis crudeliter trahi urberari conser  
ac innumeris sublationibus, calumnijs, illudic  
ribus, blasphemari in hoc tristissimo ac misero  
mo mortis itinere. O Angelorum Domina o Pe  
gina celi porta paradisi mundi aduocata pro  
tatorum uterium, ultorum solatium Sanctoni  
tia, Magistra virtutum puritatis speculum ti  
bulus castitatis Exemplar patientis et summa  
omnium perfectissimum. Quis sensus attingere po  
test quousque cor tuum amabile dolor ille penetr  
uit. Defecit tunc (credo) anima tua lacry  
misque ferventissimis vultus perfusus erat omneque  
tui virginei artus quodam mortis sudore qui  
sufficiens erat ad vitam adimendam tibi nisi cu  
maior labor et maiorum Coram eam Prin  
cipaliter dispensatio conservasset <sup>illarent</sup> maxime vero dum  
doloribus sub illo gravi onere coruisset dile  
ctum tuum vidisti mulierisque tecum cum la

chrymis eum sequentes. In hoc tui doloris gla-  
 dio qui tuam tibi penetravit animam. Condole-  
 ant tibi et laudent te ac Quadraginta milles be-  
 nedicant te omnes Sancti Confessores S. Episcopi S.  
 Doctores. Monachi Anachorete Virgines Viduae  
 Coniugati cum quibus te aliquando videre colimus  
 in celo speramus. Laudo et ego licet indignus  
 ac veneror te o Virgo misericordissima et obsecro  
 te propter tantum dolorem et respicias digneris  
 te humiliter rogentem et invocantem et ois inor-  
 dinatos appetitus meos et tentationes in me in-  
 terficias ne propter iniquitatem meam perdam  
 ego quod ille sanguis datus mihi comparavit.  
 Sic lacrymas ille quas tu copiose effudisti cum  
 tuum sequereris filium rogo semper in meis  
 versentur cogitationibus ut eas meditando  
 tanta lacrymarum fluentia oculis meis e-  
 rumphant quae sufficiant ad eluendum peccato-  
 rum meorum maculas. Et enim quis peccator  
 ausus erit coram aeterno iudice sine te com-  
 parere? qui et si placabilis sit et mansuetus  
 in sustinendo et expectando iustus tamen in  
 iudicando et severus in puniendo: quis erit  
 ad te iustus qui in tremendo illo iudicio tuo non  
 exeat auxilio? Quid fiet de me uirgo sacra-  
 tissima si tua intercessionis illud non recuper-  
 avero quod meo peccato perdidit. flagnum

quid peto si mba intular crimina: sed ex  
quum est si tuam spectauero potentiam. <sup>Et</sup>  
hinc est illud quod ego paltum, potero si con  
feras illi quod tu potes dare uel impetrare  
Emenda uitam meam o Regina caeli et  
Angelorum omnia opera mea sic dirige qu  
so ut (licet sum indignus) a te merear  
exaudiri. In me tuam ostende misericordiam  
ut per id omnis boni te praedicent omnes  
mali inte sperent. Volens et exuiatus illi  
quos tu in dilecti filij tui Redemptoris me  
Jesu xpi passione saluasti, semper in con  
spectu tuo sint et pax tuae cordis meo  
latia. Auxilium tuum non auferatur a me pa  
etas tua non delit mihi nec memoria tua in  
quam in me intermonatur. Si tupe me domina  
mea dereliqueris quis me aspiciet? Si tu  
obliuiscaris me quis me recordabitur? Si  
tu quae stella maris es at peccatorum rehgium  
me non illuminas quo tandem uadam. Quis  
de me fiet? ne me ab inimico tentari patiar  
quello et si me tentauerit saltem <sup>me</sup> no caedat  
et si <sup>in peccatis</sup> caedero oro elua me. Quis unquam  
te inuocauit et exauditus non est? Quis  
unquam rem aquam a te petijt, quam non  
impetrauit? Quis unquam seruiuit tibi qui  
non liberaliter et magnifice remunerabit

inclitissima, o  
enissima, & sua  
nima domina  
mea

Ergo et mi miseram o miserorum mater ne  
 dedigneris oro non avertas oculos tuos be-  
 nignissimos a serulo tuo quamvis uilissimo  
 sed exaudi me et miserere mihi. et impetra-  
 re ac concedere digneris mihi id qd noueris  
 ad gloriam filij tui tuumq; honorem per-  
 tinere meam deniq; salutem o Clemens o  
 pia o dulcis Maria m<sup>r</sup> Dei respice et mi-  
 serere mihi nunc et in hora mortis mee Amen.

## Quintum Denarium:—

Inipe primo unum Later n<sup>r</sup>. deinde lo-  
 que Maria in fine Credo. ac post Jesus  
 Christus sic addes.

Qui pro nobis in cruce clamans expirauit.  
 Teq; Joanni Matrem suam commendauit.

Condoleo tibi ex intimis precordijs meis  
 o Sanctissima m<sup>r</sup> Dei semper uirgo Ma-  
 ria in illo incredibile cordis tui dolore quom ha-  
 buisti tunc quando filium tuum dulcissimum Cru-  
 cis graui trabe honoratum ad locum hupli-  
 cij deductum uidisti; ibiq; de nouo uultibus  
 proprijs (quae ex concreto sanguine eius  
 corpori adhererat) crudeliter spolia-  
 tum uidisti tunc renouatos tui dilecti do-  
 lores cum de nouo ex uulnibus in flagella-  
 tione sua acceptis copiosissimus san-

guis

quis tanquam e rivulis scaturiuit. Conspice  
fili tuus o multissima Virgo saluatorem quomodo  
do is qui operit caelum nubibus et producit in  
montibus fenum et herbam coram omni popo  
lo nudus pudibundus infamis et opprobrijs  
repletus lacero corpore sub dio uentis et frige  
ri expositus in conspectu inimicorum suorum  
searet. Vidisti praeterea quomodo sic toto  
corpore tremantem ac dilaniatum delictu tu  
cruodilissimi illi ministri Sathanae arripue  
rant et in lignum Crucis quod in terra posita  
tum iacebat prostrauerant. Tuas o Mater  
dolorosa persequit cor tuum amabile illor crudel  
les claudum ictus qui per manus et pedes  
atrociter Crucis figebantur. Elucent tum barba  
ri illi filium tuum sic Crucis affixum ac in fossam  
preparatam Crucem cum summo impetu immi  
serunt ita ut totum corpus filij hui in Crucem  
contremuit nonique acciderent dolores. Quis  
est o benedicta Mater qui satis commemorare  
potest magnitudinem doloris et anxietatis uiscer  
um tuorum cum uideres mori in tantis tormen  
tis quem uideras ante natus in tantis gaudijs  
quando uideras illud conspicui et execrari  
ab hominibus quem audieras antea laudari  
ab Angelis. cum uideras sanctissimum illud  
corpus quod tu cum tanta reuerentia solabas  
contrectare et educare cum tantis blanditijs

tam crudeliter haberi et excarnificari a gen-  
 te pessima? Quando intuebaris illud diuinum os  
 quod tu lacte colisti paueras, felle et aceto  
 amaricari? et diuinum illud caput quod toties  
 in virginali tuo sinu foueras totum sanguine  
 delibutum et spinis laniatum? O quoties atto-  
 lebas oculos in altum ut cum admiratione suspi-  
 ces diuinam illam figuram quam <sup>omni forma</sup> <sup>descripta</sup>  
 conspexisti totius benedictam <sup>inueni</sup> <sup>aperta</sup> <sup>descripta</sup> <sup>descripta</sup>  
 animam tuam in-  
 credibili gaudio explebas <sup>inueni</sup> <sup>aperta</sup> <sup>descripta</sup> <sup>descripta</sup>  
 sum reuocabas quia spectaculum hoc oculi tui <sup>virginis</sup>  
 non ferebant et cordis tui tendritudo sine  
 motu deliquit. Dehonestamentum vultus filij  
 tui non patiebatur. Tunc o dulcissima mater  
 sic te altans filio tuo dilecto audiuisti plenu  
 doloribus uerbum cum tibi quali iam <sup>ultimum</sup>  
 ualedicens **JESVS** saluator noster dixit  
 Mulier ecce filius tuus te Joanni in matrem  
 relinquens simulq; et Joannem tibi in filium comit-  
 tens. Audisti praeterq; illa uerba <sup>quibus se a Deo, Patre de se descriptus conuertitur.</sup>  
 tui doloribus plina. Audiuisti in eodem loco  
 quia futebat ut tibi electum fuit ut ei modi-  
 cum aquae posses <sup>sed</sup> in ipso mortis articulo pro-  
 pinquare imo aceto et felle amarissimo illum  
 uidisti potari. Vidisti similiter summo cum do-  
 lore Filium tuum Patri Spiritu redolere. De-  
 riq; et sacratissimum latus eius lancea ape-  
 riri conspexisti, quod vulnus non ille quidem

Senectus qui mortuus erat sed purissimum et  
ternum pectus tuum quod etsi mortuum erat in  
rebus huius seculi in dolore tamen et pennis fi-  
lij tui dilectissimi plusquam uiuebat. In memo-  
ria horum et omnium dolorum tuorum quos in omni  
uita tua et passione filij tui sustinulisti. Laudent  
te ac Quinquaginta milia benedicant te et conde-  
leant tibi omnes Sancti et Sancte dei. Sancta  
Anna mater tua et Maria cognata tua amicisti-  
maque tibi Magdalena et Martha Sancta qua-  
que Catharina. S. Barbara et omnes Sancte  
Virgines Mariae et conjugate cum quibus te a-  
liquando in celo speramus uisere colereque.  
Laudo adoro magnifico, et glorifico ego quoque  
licet indignus et benedico te o Virgo gloria  
humiliter te per omnes dolores tuos exorans ac  
vulneres cor meum compassionem atque memoria  
omnium dolorum quos redemptor meus pro me tulit  
meque participem omnium illorum fructuum facere  
ab ne unquam amitterem hoc remedium mea culpa  
quod illi mihi sua gratia comparauit. Fac o  
Domina mea benignissima ut iuxta Crucem te  
cum semper maneam, seruet tuos dolores ac fi-  
lij tui recogitans ac adores ut sub tuo protu-  
dio protectus peruenire merear ad vitam eter-  
nam ubi tu cum filio tuo sempiternis perfrui-  
ris gaudijs ac gloria Amen.



# Tertium Rosarium Gloriosum:~

Veni Sancte Spiritus ut in alijs supra.

## Collecta.

Vre igne Sancte Spiritus renes nostros et cor  
nostrum domine ut tibi casto corpore seruiamus  
et mundo corde placeamus. Per dominum &c.

Domine labia mea aperies. Et os meum et  
Deus in adiutorium meum intende. *Gr̃s addidit.*

Gloria p̃ri ñi. *Glemente salutis auctore &c.*

Dignare me laudare te Virgo Sacrata.

Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pr̃ ñi. I Ave Maria 10. et post singulam  
particulam IHS *Gr̃s* in patris addidit.

Qua ut primum de victa morte triumphavit  
Te suam m̃stissimam Matrem uisitavit

## Primum Denarium:~

Congraudeo et congratulor tibi ex infinitis  
precordijs meis o consolatrix ultra pec-  
catorum ad te clamantium p̃ssima Virgo  
et mater Maria in illa in credibili cordis  
tui leticia quam percipisti de impassibilita-  
te et claritate unigeniti filij tui a morte  
resuscitati tuæ quando tu *ut p̃is contem-  
plari.*

possum) in Oratorio tuo posita cum summa gra-  
vitate attentione orans, hanc novam lucem expe-  
ctabas et fortasse à gemitu cordis tui ut pra-  
legna rugiebas, ~~ut~~ ac Vocem tuam ad fili-  
um tuum mortuum, tertia die eleuabas dicens  
Exurge gloria mea, exurge Psalterium et Ly-  
thara mea; recollige pastor bone ovis tuas  
dispersas, audi fili mi vocem matris afflictae  
sine. Cum ecce in medio gemituum et lacry-  
marum tuarum, subito angustam et inopem  
domunculam tuam diuinum lumen illustrauit  
apparuitque ante oculos tuos fructus benedi-  
ctus castissimi uteri tui. O letissima <sup>deus</sup>  
quid quae tunc persultat cor tuum amabile  
Credo nunquam tam gratum lumen Lucifer,  
nunquam tam conserta luce sol meridiana  
refulgit quam speculum illud diuinae gloriae  
in oculis tuis facie plena gratia, lucebat  
videbas corpus filij tui resuscitati gloriae  
sum, a quo tunc abstersa fuit omnis defor-  
mitas cui oculorum diuinorum reddita  
gloria, omnis cum fenore pulchritudo et for-  
ma restituta, vulnera clamorum quae prius  
erant gladij transientes cor tuum, tunc uide-  
bas in fontes amoris conuersa. Quam uide-  
bas Crucifixum inter latrones deputari, nunc  
uider inter Angelos exultare; illum, qui te  
in Cruce discipulo commendauit, uidisti tunc

brachia extendere et in conspectu tuo dulcis-  
 simam pacem conferre, quem paulo ante mor-  
 tuum in gremio fovebas: nunc ante oculos tuos  
 vidisti resuscitatum. Tenebas eum certe nec di-  
 mittebas, amplectensque, nec te dimitteret pre-  
 cabaris, et sicut antea pro nimio dolore ob-  
 mutabas, nunc quod diceris habuisti, ita nunc  
 pro nimia anima tua letitia, quasi muta ef-  
 fecta, ne verbum forsitan unum proferre pote-  
 ras. At vero cuius eloquentia proferre, aut  
 quis intellectus comprehendere potis est, quo-  
 usque hoc tuum gaudium sese ob benedicta Ma-  
 ter extendit. Si ille Patriarcha Jacob cum  
 post tot tantosque luctus et dolores, quibus di-  
 lectissimum suum Joseph, tot annis desolabat  
 eum vivere et totius Aegypti Dominum con-  
 stitutum audivit, tanta letatus fuit letitia,  
 ut quasi e gravi somno evigilans. Dicit  
 mihi inquam si adhuc filius meus Joseph  
 vivit Vadam et videbo illum antequam mo-  
 riar) dicebat. Quanto magis o letissima Vi-  
 go tua sanctissima anima hunc remiserat  
 cum conspexisti vivum, quoniam tu ipsa mortuum  
 sepeliebas: cum inspexisti unicum tuum et  
 tenerrimum dilectum, non tantum dominatorem Aegy-  
 pti, sed ceteri terraeque monarcham, an ali-  
 cubi intellectus potest inveniri qui possit  
 hanc tuam letitiam adsequi aut ponderi

lucis mei. Ergo o Advocata mea in hoc  
ineffabili gaudio congaudent ac congratulan-  
tur tibi ac Deo tuis mille benedicant te oes  
Sancti Angeli Archangeli Throni Domina-  
tiones Principatus Potestates Cherubin  
quoque ac Seraphim oesque Cunctae caelestis  
spiritus cum quibus te aliquando videre cor-  
toreque in caelo speramus. Et ego licet indi-  
gnus laudo, adoro glorifico ac benedico.  
te o Mater misericordiae salutis et beat-  
torum te o gemma preciosissima humani  
generis margarita singularis. Tota pulchra et  
virgo sacratissima et macula non est in te.  
Tu es vas electionis Tu gratiam omnium  
armarium. Tu sidem Cathedrae dupl-  
ras. Tu scientia Prophetarum Tu zelum Apo-  
stolorum uincis. Tu in patientia Martyribus  
sublimior. Tu in temperantia Confessoribus  
prestantior. Tu in humilitate et in innocen-  
tia Virginibus excellentior. Tu preciosissi-  
mis virtutum gemmis exornata es adeo  
ut caelestis aula principes admirantur et  
suspiciant. Tu es sol clarissimus qui Ec-  
clesiam aut defectum nullum patitur in ter-  
ra existens illuminasti caelum, et nunc es  
caelo illuminas terram, mundi quoque tenebras  
et nubila dissipas. Nolui spernere o

Spes mea, auxiliare oro mihi misere pre-  
 catori in omnibus meis necessitatibus per  
 Resurrectionem à mortuis filij tui dilectissimi,  
 mi te deprecor, digneris semper esse coelo.  
 ATRIX anima mihi, et apud eundem tuum  
 et Dei patrem, nunc, et in hora exitus mihi,  
 causam meam perorare quæro. Fac o Ma-  
 ter mea ac patrona benignissima miseri-  
 cordiam tuam, mecum in illa tremenda ho-  
 ra quando vitalis spiritus deficient, et glosa  
 mortua lingua nescit se mouere, ad mu-  
 scandum te, neque oculi mihi lucem capere po-  
 terunt, auroque mea nulli uoci pateant.

Tunc quæro memorem esse digneris precum quas  
 nunc fundo ad aures tuas pietatis et subul-  
 mi mihi in illa ultima hora necessitatis  
 mee, ut liberer à ministris diaboli, sed ut  
 collocer cum Christi filij tui seruis et ami-  
 cis. Fac o miserorum mater ut ego miser  
 in terribili iudicij die, ac resurrectionis  
 mee, à te adiutus perpetue damnationis  
 sententiam ualidam euadere. Amen.

Beata secundo. Later noster. e. 10.  
 Ave Maria. Loos Iesus spiritus.  
 Quem cum celos conspexisti scandere ui-  
 Tunc te matrem cognouisti cuius Propria,  
 erat filia.

# Secundum Denarium

**C**ongraudeo tibi ac ex toto corde meo  
congratulator, **O** Regina Celi, **O**na mea  
ihana Sancta Maria, in illo tuo inestimabili  
gaudio, quod habuisti quando filius tuus Sal-  
uator noster transactis Quadringenta diebus edu-  
xit discipulos suos in Betaniam, ad montem Oli-  
ueti, sua interq; illis obiq; matri suae ualedicens  
in conspectu tuo ac omnium discipulorum (quatenus  
ipsi gloriae testes fierent) in caelum eleuatus, magnam  
secum ducent animarum captiuam captiuitatem  
ascendit. O qualiter tunc virgo benedicta cor tuum  
sanctissimum affectum erat, cum uideres omnia  
anima tua solatium proprias sedes remeare, **q**uod  
te quasi iam orbata ac tandem ditata, confide-  
rasti, solebas tunc o pia mater considerare te  
quasi deuictam. Verum tamen uicit hunc dolorem  
filius tui gloria (cum uerus amor non curat quae  
sua sunt sed quae sunt amati) quippe dum oculis  
mentis tuae considerasti atq; contemplata es: quan-  
to cum gaudio, quanto cum iubilo, quanta cum har-  
monia laudantium atq; cantantium concentu, aut  
questus ille mundi **O**mnisq; triumphator, tuus de-  
lectus filius, in illam supernam ciuitatem receptus

sese deo Patri praesentavit, dum considerasti  
 illud inexcusabilem spectaculum, qualiter homi-  
 nes Angelis consociati, illam caelestem civitatem  
 perambulantes, uacuasque sedes replerant ac (quod  
 maximum gaudium tibi erat) dum considerasti  
 illam tuam Virginiam de tuo utero nimirum as-  
 sumptam carnem sanctissimam super omnes Cho-  
 ros Angelos ascendere atque ad dextram Pa-  
 tris contedere. Quis non credet te hunc o vir-  
 go gloriosa uberrimas pro gaudio effudisse lac-  
 rymas? Quare in hoc tuo inextinguibili gaudio  
 congaudeant tibi et congratulantes Vicisti  
 milites benedicant te o virgo clementissima  
 omnes Sancti Patriarchae, et Prophetae Inno-  
 centes, Sanctus Joannes Baptista, et omnes San-  
 cti veteris testamenti, cum quibus te aliquan-  
 do speramus videre colereque in caelo: Laudo  
 magnifico et ueneror ego quoque licet indignus te  
 virgo purissima at toties benedico te. Te o cer-  
 tissimum praesidium omnium te invocantium saluto.  
 Tu enim es arx fortissima in cuius tutela securi  
 sunt omnes ad te confugientes. Tu es fidelissima  
 propugnatrix omnium te laudantium. Tu es lucida  
 ubi omni appetituum nostrorum ardorem tem-  
 perant. Tu es ros delectabilis cupiditatis nostrae  
 ignem exstinguens. Tu es illa clavis et marga-

reht et gemmis fabricata quae portas caeli reſer-  
rar. Tu es floris inter ſpinas. Tu liliuſ con-  
ualium. Tu letitia oculorum aet te reſpicien-  
tium. Tu tota es amabilis, tota delectabilis,  
tota candida, tota benigna: Te <sup>o</sup> aduocata  
mea humiliter deprecor dignare benignas au-  
res tuas praebere indignis ſupplicationibus  
meis ut per hoc gaudium ac memoriam A-  
ſcenſionis Filij tui ad caelos, digneris impe-  
trare mihi miſero gratiam ab eodem filio  
tuo qua poſſim praesentis uitae mala facile  
animo penetrare ac vere perſpiciens qua  
miſera et amara quam & fragilis et incerta  
quam breuis et mutabilis quam deniq; ſuca-  
ta ac fallax praesentis uitae dulcedo om-  
nis onus carnalium deſide rioru deponere  
poſſim ac ut omnes huius mundi uoluptates delici-  
as ac fauores hominum atq; fugitiuos honores  
contemnam ac pro nihilo ducam. Siſte o Virgo  
pia irragam mentem meam per deicia ruentem  
in praecipitium. Intercede pro me ut penitus  
pereat in me rerum omnium caducarum occu-  
patio et amor: et creſcat ſola celeſtium et  
ternorum <sup>bonorum</sup> ~~elurios~~ et ſitis ut nihil uelim, nihil  
cogitem nihil cupiam niſi quod tibi tuoq; filio  
poſſit eſſe gratum et acceptum. Tac o dulcis  
Maria ut Dominum meum comen una tecum

semper ex tota anima mea ex totis precor-  
 dyis meis. Fac o pia Virgo ut anima mea ad  
 eum semper aspiraret desiderans caelestia eaq;  
 continua et ferventi voluntate appetat quate-  
 nus peccato huius mortalitatis curriculo atq;  
 a carcere corporis huius liberata caelestem  
 illam civitatem ascendere et usq; ad crea-  
 torem et Redemptorem suum pervenire tuis  
 precibus valeat Amen.

Incipe Tertium Pater noster, et huc pla-  
 nia decem post IESVS CHRVS sic.

A quo sanctus paraclytus,  
 demissus fuit calitus,

In tuo collegio.

### Tertium Penarium:

Congraulo et congratulor tibi ex toto cor-  
 de meo o consolatrix vera tu invocanti-  
 um Virgo sanctissima mater Dei in illa cordis  
 tui letitia quam habuisti tunc, quando docino-  
 die post filij tui ad caelos ascensionem Spiri-  
 tum Sanctum Paraclytum (quod tunc antea  
 tota repleta fuisti) per tuum Filium, a Patre  
 missum, super Apostolos in linguis ignis desce-  
 disse, illorumq; pectora inflammasse vidisti.  
 O quam mirabiliter exultavit spiritus tuus  
 dum conspiceres singularum gentium voces

et linguas factas esse communes, quantum  
tunc gaudium pium cor tuum occupavit  
cum considerares filij tui gloriam amplius  
et amplius dilatari. quum tot millia, Jesu  
Christi filij tui gloriam, et fidem predica-  
tium uideris, cum demiq; per plurimos illo  
calico igne amoris inflammatos conspe-  
xisti, quum ab illo die imbres transimatum  
flumina benedictionum, omne desertum ac  
multisam terram irrigarent. In illa incredi-  
bi cordis tui letitia. Laudant te cogi-  
tant ac congratulentur tibi, et In dno  
millies benedicant te, omnes Sancti Apostoli  
Discipuli omnes Euangelistae, omnes quoque  
gloriosi Martyres cum quibus te aliquan-  
do in celo uideri colimus speramus.  
Laudo glorifico magnifico ego quoque Chris-  
te indignus I ac toties benedico te o Vir-  
go sacratissima, inter omnes mulieres omni-  
benedictionis genere benedicta. Tu nam-  
que es pratum illud incundissimi ceteris  
ultranas floribus. Tu es rosa pulcherrima  
odorem suauitatis redolens inestimabilis  
Tu es vtilans stella Jacob quae caelum et  
terram illustras. Tu es uirga Jesse quae  
mundum letificas, omnes Angeli tuam

mirantur pulchritudinem omnes faciem  
 tuam uideri gestunt. Aspice me digneris  
 o generosa mater creatoris mei, magis su-  
 spira exaudi, uisita et consolare seruum  
 tuum <sup>icte</sup> inutilem. O uirgo delicata et suavis, fac  
 ut unguentorum ac aromatum tuorum incun-  
 ditimus odor in nares meas descendat. Spi-  
 ritus meus te uoce leniat, et uiscera mea  
 inter diu tecum letentur. Da ut cor meum  
 erga te dulciter afficiatur, anima mea te  
 cum filio tuo, amet amore intimo: et in eius  
 laudibus occupetur absq; fastidio et  
 sine ullo tedio. Tu enim es floridus celestis  
 sponsi thalamus. Tu es Angelorum paradi-  
 sus iucundissimus. Tu diuinum sacramen-  
 torum armarium. Tu mater tu filia tu spon-  
 sa es dei altissimi. Tu mea semper spes. Tu  
 meum refugium. Tu uita mea protectrix u-  
 mica. Te inuoco o clemens, te imploro o  
 pia dei mater. Digneris per memoriam ad-  
 uentus Euaelgeti impetrare mihi maligno  
 peccatori, eundem sancti spiritus gratia  
 quatenus ipse me quoq; dignetur uisita-  
 re ac consolari ac ut ipse uitam meam in-  
 scribat secundum beneplacitum suendum suum  
 ipse me regat, doceat, illustret, illuminet, in ser-  
 uicio suo corroboret peccata mea omnia

ac negligencias immortificationes cunctas, penam  
que eis debitam dimittat ac condonat, ac demig  
post hanc Vallem lachrymarum ad vitam per  
ducatur eternam. Qui a Patre Filioque proce  
dens uiuit et regnat Deus vnus in secula be  
nedicendus. Amen.

Incipit Quarto. Later noster. Vnam. Aue Ma  
ria decem post singulas particulas Iesus Christus

Qui te mirum in modum tunc letificauit.  
Cum te super Spiritus caeli exaltauit.

### Quartum Denarium:

Congaudes et congratulor tibi o excellen  
tissima Mater Dei Virgo Maria. in illo te  
o felicissimo gaudio quod habuisti tua sanctis  
sima anima in illa hora quando non tam affri  
tudine ulla corporis quam affectus et sollicitu  
dy filio tuo perfruendi uehementia proleantibus  
Apostolis ex hac luce in manus sui dilectissimi  
migrare festinauit ac dum incredibili cum hono  
re ac mirabili Angelorum applausu et congra  
tulatione in altissimo Sanctissimo ac incomprehen  
sibili Trinitatis Throno sublimata ac collocata  
primo fuit. Atque dum breui post hanc felicissi  
mam separationem dispensationis ac priuilegio San  
ctissimi Trinitatis reuincto castissimo tuo cor-

pore rursum innumeris Angelorum circumdata  
 agminibus ipsiq; comitantibus ac dulciter ca-  
 rentibus inmixta tuo dilecto super omnes Choros  
 Angelorum ad celestia regna deportata ac à  
 Sanctissima Trinitate cum incredibili letitia  
 ac benevolentia suscepta in ipsiusq; Throno al-  
 tissimo collocata ac honorata es. O quam in-  
 gens gaudium tunc habuisti uirgo letissima q̄to  
 quando contexisti celestem illam Curiam de  
 tua presentia et gloria vehementer ac mira-  
 biliter exultantem ac illum laudabilem Pro-  
 phetarum cunclum: ac gloriofum Patriarcha-  
 rum numerum tibi congratulantem ac tua cel-  
 situdini applaudentem dum alij uocibus exul-  
 tatione plenis acclamabant. Surge Domine  
 in requiem tuam tu et arca sanctificationis  
 tuæ in qua nouis mensibus clausus habita-  
 sti. Alij quoq; tuam admirantes pulchritudi-  
 nem. Quis est ista quæ ascendit de deserto  
 (mortalitatis scilicet) delicias affluens clama-  
 bant. Quomobrem in huius tuæ gloriose leti-  
 tiæ memoria collectentur ac congratulentur ti-  
 bi laudantes ac Quadraginta benedicentes  
 millijs te omnes sancti Confessores S. Ponti-  
 fices S. Doctores S. Monachi Anachoretæ  
 S. Virgines Vidui coniugatiq; cum quibus te

aliquando uidere in celo et colere speramus.  
Laudo et ego licet indignus veneror humilime  
ac saluto et toties benedico te o virgo feli-  
cissima. Inuoco te o porta orientalis semp  
clausa: perquam intrauit ad nos in hanc ter-  
ram omnium filiorum hominum speciosissima.  
Te o Domina mea per tuam gloriosam Assu-  
ptionem deprecor conuerte benignissima con-  
uerte ad me beneuolos Virgini vultus tui  
oculos et omnes tenebras caecitatis meae au-  
fer a me aduentus tui claritate. Animam me-  
am oro ab omni re terrena delinque, eam in  
pura pulchritudinis ac magnitudinis tuae con-  
templatione suspende et dulcissimum sacri-  
quorem aeternae felicitatis prolibare. O a-  
matrix solitudinis et diligens quietis interi-  
oris custos. O Virgo honestate admirabili  
et ineffabili decora. O Virgo electa. O Virgo  
inter omnes filias Ierusalem formosa. Col-  
lige spargos serui tui sensus, spargumque ac  
distrahitum spiritum meum, in tuo filio ac in  
te fac quiescere. Effice me uirtutum tuarum  
imitatorem hic interris; quatenus anima mea  
tecum ualeat loqui in caelis. Vbi uiuit et re-  
gnat deus trinus et unus benedictus in saecula  
saeculorum. Amen.

Incipe Quinto Pater noster. I. et Ave Maria. Io  
 et post singulam particulam **IHS CHRVS**  
 sic addere poteris dicere.

Qui te gloria magna illa sublimavit,  
 Cum te caeli reginam dignam coronavit.  
 Orabis autem hic. Post.

## Quintum Denarium:

Congaudeo tibi ex intimis precordijs meis  
 et congratulor o dignissima Regina caeli, Vir-  
 go sanctissima Maria, in illo tuo incomparabili  
 ac ineffabili gaudio: quod habuisti tunc quando  
 a filio tuo uno a tota incomprehensibili ac sanctis-  
 sima Trinitate mirabiliter honorata, ac caeli Re-  
 gina Coronata, mirabili concentu ac applausu  
 Angelorum totiusq; Curiae Coelestis exultatione  
 celebrata ac exaltata, totius domini mundi Do-  
 mina, ac mortalium omnium aduocata electa,  
 ac constituta fuisti. O quanta exultatione tunc  
 exultavit Spiritus tuus in Deo Salutari tuo:  
 quando conspexisti innumerabilem illum Angelo-  
 rum, Archangelorum, omniumq; Spirituum Super-  
 norum exercitum, te summis laudibus ac hono-  
 ribus predicantem: quando conspexisti omnes  
 Prophetas, Reges, Duces, et Sacerdotes (qui  
 de te prophetauerant qui salutem suam per te

et filium tuum adepti sunt) tunc deponentibus  
coronis, te in Dominam, Principem, ac Reginam  
suam accipientes: quando conspexisti totam  
illam celestem curiam, ac uniuersam hanc or-  
bem de tua coronatione letari. Quae lingua  
quae vox est? uel quis intellectus illam tua  
laetitiam non dixit loqui, sed uel cogitare  
non potest. Ergo o aduocata nra. In hac  
ineffabili letitia. Laudent, honorent, adoro  
glorificent, magnificent, exultent ac qui-  
que nullis benedicant te congaudent ac  
congratulentur tibi omnes Sancti et Sanctae  
Dei et potissimum Sancta Anna mater tua  
et Maria cognatae tuae amantissimae q3 tibi Ma-  
dalena et Martha Sancta quoque Catharina  
Sancta Barbara ac omnes Sanctae Virgi-  
nes Viduae et Coniugatae cum quibus te  
quando uideri in caelo et colore speramus.  
Laudo, adoro, magnifico glorifico, et ego  
licet indignus) ac toties benedico te o  
gina nobilissima. Saluto et ueneror humili-  
me te o singulari caeli ornamentum ac ter-  
rarum optata reparatio. Tuq3 termi Regis  
mater dignissima nullis felix ac beata.  
Tu post unigenitum tuum omnibus uerbis de

humanis. Tibi omnes aetates et generationes  
 in caput inclinant. Tuis pedibus se terrarum sub-  
 ierunt ambitus. Post ineffabilem enim Trinita-  
 tem nil dignius te, nil pulchrius, habet coelo-  
 rum palatium. Demones cum nomen tuum  
 audiunt contremiscunt, cum splendor tuus  
 detegit, tenebrae difugiunt: portaeq; caeli  
 ad nuntium tuum aperiuntur. Tu es vera spes  
 Christianorum, post Jesum Christum tuum Fi-  
 lium. Tu es Regina misericordiae. Tu uita dul-  
 cis caelo. Ego miser tuus filius in hac milibus  
 lacrymarum uallem ad te suppiro. Adiuua  
 Domina ac Patrona mea benignissi-  
 ma in meis omnibus anxietatibus, laboribus,  
 tentationibus, ac necessitatibus. Defende me  
 ab omnibus periculis, in in firmitate mea me  
 confirma. Et Jesum benedictum fructum  
 uentris tui, mihi post hoc exilium osten-  
 de Qui tecum sit benedictus in  
 saecula saeculorum. Amen.



Comendatio Rosarij Post  
quamlibet partem:

Suscipere digneris o clementissima virgo  
Dei genitrix hoc miserimum servitibus meis  
sequium ad laudem et gloriam Dei omnipo-  
tentis ad tuum honorem Sanctorumq; omnium  
honorem et venerationem tibi oblatum ac  
quid laude dignum est benigna respice quod  
autem negligenter actum est propicia ignosce  
ac intercedere digneris una cum omnibus  
etis pro nobis et orare semper ut tuis meritis  
ac omnium Sanctorum precibus omnipotens  
ac misericors Deus dignetur concedere  
Eclesie tue sanctae pacem eamq; semper  
gerere et defendere dignetur Pontificem  
Istrum ac conservare et omnem gradum  
Eclesie tue ac Regibus ac Principibus Christi-  
anis pacem et concordiam tribuat. Et eos  
destruat conversat omnes ad rectam fidem  
qui non habent sanctissimi nominis eius  
agnitionem. Donet nobis pacem et conservet  
nos in ipsa quomodo ipsi placet et nobis  
est utile. Dignetur quoq; tuis ac Sancto-  
rum omnium meritis recreare ac conso-

Ave omnes qui sunt in tribulatione quique in  
 miseris tentationibus et afflictionibus tam  
 corporalibus quam spiritualibus vivunt.  
 Superiores. Benefactores. Parentes. Fratres  
 Sorores, ac omnes pro quibus orare tenet  
 mur in sua gratia conservet doceat custo-  
 diat. At denique concedat omnibus vivis  
 gratiam salutem et pacem. Defunctis ve-  
 ro omnibus requiem lucemque sempiter-  
 nam. Qui in Trinitate perfecta vivit  
 et regnat Deus unus benedictus  
 in secula Amen.

## Oratio Rhythmica in Salu- tationem Angelicam:

Ave venerabilis: venustate moris:  
 Virgo delectabilis sine ve doloris.  
 Maria tu proprio nomine vocaris:  
 Sonat locis ratio quod es stella maris.  
 Gratia te Spiritus Sanctus fecundavit:  
 Cum verbum carne tua hominem formavit.  
 Plena Dei filium virgo concepisti:  
 Nec pudoris litem partu amilisti.  
 Dominus signaculo te sponsam signavit:  
 Atque sponsus annulo tuo subarravit.  
 Tecum habes filium formam Deitatis:

Contrahis connubium summe Trinitatis  
Benedicta domina Regina celorum,  
Tibi laudes agmina cantant Angelorum  
Tu in mulieribus Temper beaudicta  
Gratior es omnibus sanctiorque dicta  
Et cum desiderijs optabant Prophetae  
Nam per te miseris imponuntur metæ.  
Benedictus omnium machinas Invenit,  
Celi terra marium quas tibi subicit.  
Fructus tuus creditur cibus Angelorum,  
Pascit nec depascitur esu conestorum.  
Ventris in sacratio Deum conclusisti,  
Quem manna mysterio mundo complisti  
Tui sint in gaudio strui tecum pia,  
Quo mater cum filio fruetis Maria.  
Jesus nos beaudicat per te virgo pia,  
Qui per te sanctificat opera omnia.  
Christus enim ipse est per te mundo missus  
Qui per Prophetas fuit iam diu promissus  
Amen hoc altissimus nobis Ite in esse  
Deus quem nos credimus ex te nati esse



# E

## xercitium aspirationū

Sequente 6 ad aspirationes et priores sequis repetere. Sed  
interim deuita inmoderate uel impudenter inuicemque  
insementiam ne prouocatus deificas sub ex-

O bone Iesu, bone <sup>citis</sup> Iesu, bone Iesu. O spes mea refu-  
gium meum, et salus mea. Miserere, miserere misere-  
re mei: Pauper sum egenus et infirmus. Nichil sum ni-  
hil habeo, nihil possum ex me. Eia adiuua me domine  
propicius esto mihi peccatori uillissimo, peccatori abo-  
minando, et terra ipsa indigno. Vere iustum est ut  
omnes me despiciant et persequantur et affligent et con-  
culcent. Resigno me tibi integre. Fiat semper in me  
et de me gratissima uoluntas tua. Da mihi quæso  
plenam omnium peccatorum remissionem, abluas me  
cælo sanguine tuo. Da mihi perfectam meam mortifi-  
cationem et abnegationem. Penite in me omnes passionis  
et abiectiones uiciodas. Penite in me omniem propriam  
uoluntatem atque querelationem. Largire mihi uerā  
humilitatem, patientiam, charitatem et lingue atq; sen-  
sum continentiam. Largire mihi puritatem simplicita-  
tem audacitatem libertatemque mentis et introversionem  
essentialem: ut sim homo secundum cor tuum.

Ecce prædilecte ecce uulnera tua rosa et suauitua  
ego saluto et uentror illa. Saluate saluate uerna-  
tes et salutate plagas homini mihi. Salus benignis-  
simum cor amatoris mei, pro me uulneratum salue  
totius boni totiusque beatitudinis amantissimum:

gaxophilatium. Christo Jesu gratias ago pro ipsis  
colendis vulneribus tuis. Eia immerge me in illa, ab-  
scondam me in eis inscribe et in prima illa cordi meo in-  
time ut tui amore totus ardeam ac medullitus tibi  
compatiar. Concede ut omnes creature fragiles  
mihi uideant et tu solus placeas atq; dulcoreris.  
Conforma me sacre humanitati tuae.

O dilecte dilecte dilecte. O charorum omnium etiani-  
sime. O amor meus unice O sponse floride sponse  
mellis tue et dulcedo cordis mei et uita anime  
meae. Accende concreta et transforma me ut ni-  
hil preter te uiuat in me. Eia uulntra uulntra cor  
meum profundissime iaculo amoris tui.

Sic relicta imaginatione humanitatis Christi  
conuertere spiritum tuum placido et simpli-  
ter ad diuinitatem.

O domine deus. O delitiosum principium meum.  
O amabilis abyssus. O serena lux intimorum meo-  
rum. O simplicissimum ac iucundissimum bonum us-  
que et incommutabile bonum meum. O deus meus  
et omnia. Quid uolo preter te? Tu es summa  
sufficientia mea. O quando quando quando te  
feliciter inueniam? Quando ardentissime deligam  
te? Quando tibi tenacissime agglutinabor. O  
quando quando me totum in te rapies? Quando  
me totum in te rapies? Quando me totum absorbe-  
bis? Quando me tibi sine medio unies? Eia nro-  
ue misericorditer omnia impedimenta et me toti-  
um spiritum affice ad laudem nominis tui

Ave gloriosa fulgida et semper tranquilla  
 Trinitas. Pater et Filius et Spiritus Sanctus  
 unus Deus. Eia digneis animam meam pasce-  
 re tuis influxibus. Ave Maria gratia plena  
 Dominus tecum. Ave uirgo suavis felix Dei  
 mater preclara regina celorum. Ave huius  
 rubilans rosa ualida uenusta candidum librum  
 Trinitatis. O Domina miserere mihi pauper-  
 nini exulis. Ave crux Dei N. Ave egregia  
 sponsa Christi N. Ave sancto Aggole Dei  
 cultus meus fidelis. Ave te laudat laudatque  
 Dei omnes et beati Spiritus angelici qui torreste  
 diuina uoluptatis semper inebriamini. Orate pro  
 me nunc et in hora mortis mee. Pro Iesu rogo te  
 per uenerandam passionem et mortem tuam da  
 uiuis ueniam et gratiam; da fidelibus defunctis  
 requiem lucemque sempiternam. Amen.

### Compendium piarum aspiratio- num pro tyrone spirituali.

O bone Iesu bone Iesu bone Iesu o spes mea  
 refugium meum et salus mea. Miserere mise-  
 rere miserere mei pauper sum et egenus nihil  
 sum nihil possum. Eheu nimis sum ingratus pec-  
 cator sum uillissimus peccavi enim peccavi pec-  
 caui et malum coram te feci ignosce mihi. Ego  
 omnes iniquitates et negligentias meas projicio  
 in abyssum misericordiae tuae meritorumque tuorum  
 O Domine utinam nunquam te offenderit, utinam

nunquam gratiam tuam in me impedivisse. Pro-  
pono (te adiuvante) corrigere me. Eia propicius  
mihi esto: Dele omnia peccata mea. Abluisti pro-  
picio sanguine tuo. Sana me sacris vulneribus  
tuis. Sanctifica me amara passione et morte tu-  
a. Eia emunda emunda emunda me perfecte  
Revela mihi innocentiam quam in Baptismo  
contulisti ut tibi vere placeam. Ecce Domine  
ecce constituo me in infimo loco infra omnem cre-  
aturam: quia indignus sum quem terra subinat.  
Subterno et subicio me omnibus hominibus.  
Complector, complector, complector omnes sicut  
pollum. Sincero amore. Relinquo propter te omnia  
caduca Respondo quicquid tu non es. Renuncio  
omni delectatione carnali: renuncio omni ueni-  
tati et impuritati, renuncio omni propria qualli-  
tati. Relinquo resigno resigno me tibi integre.  
Omnem voluntatem meam in tuam transfundo.  
Fiat Domine voluntas tua in me et de me: fiat  
voluntas tua in tempore atque eternitate. Offero  
me paratum ad perferendum cum auxilio  
gratie tue quicquid tibi placuerit. Eia sua-  
vissime Jesu mortifica mortifica mortifica quic-  
quid male vivit in me quicquid vitiosum et inor-  
dinatum est: quicquid tibi displicet: mortifica  
in me omnem proprietatem. Da mihi veram hu-  
militatem veram patientiam: et veram claritatem  
da perfectam linguam sensuum membrocunque

oniam continentiam. Exorna me meritis ac  
 virtutibus tuis. Eia prepara prepara prepara  
 tibi gratam et amenam habitationem in me.  
 Be noua Spiritum animam et corpus meum excel-  
 lenti gratia mea tua. Corformame sacra hu-  
 manitati tuae. Reforma uires animae meae per  
 uires sanctissima animae tuae. Effice me hominem  
 lacunatum cor tuum. Eia expedi et donda  
 mentem meam eam simplicem reddo et illumina.

Concede mihi liberam ad te introversionem.  
 Eia accendo me concreta me, transforma me  
 ut nihil praeter te uiuat in me. O dilecte dile-  
 cte dilecte, o charorum omnium charissime. O a-  
 nator meus unice, o sponse floride, sponse melli-  
 flue. O dulcedo dulcedo dulcedo cordis mei  
 et uita animae meae. O serena lux intus me  
 orum. O domine deus meus O superlucida et  
 delitiola Trinitas, unus deus, parce parce parce  
 me tuis influxibus. Adoro laudo et glorifico te  
 quia te deest laus et honor in aeterna secula.  
 O deus meus et omnia. O abyssus summe sua-  
 uis et summe amabilis O simplicillimum atque  
 iucundissimum bonum uerum et incommutabile bonum  
 meum, imple me te ipso. Eia dilectissime mi introduce  
 me in portum animae meae fundum et transfer in te or-  
 tiginem meam ut delicias tuas in me habeas.

O quando gaudio quando te feliciter inueniam?  
 Quando ardentissime diligam te? Quando tibi ce-  
 racillime agglutabor. O quando quando quando

me totum in te rapies. Quando me totum absor-  
bebis? Quando me tibi sine medio unies? Eia  
renoue misericorditer omnia impedimenta et me  
tecum unum spiritu effice ad gloriam nominis tui.  
Exaudi Domine exaudi exaudi me non pro  
mea uoluntate sed pro tuo beneplacito. Eia  
deora illumina dirige et adiuua me in omnibus ut  
nihil agam, nihil loquar, nihil cogitem nihil uelim  
nisi quod tibi sit acceptum.

O Maria Maria Maria uirgo dulcissima. O Ma-  
ter Dei regina caeli libera Trinitatis miserere mihi  
pauperum exulis. Saluto saluto, saluto et uene-  
ror te. Eia impetra mihi perfectam mihi mortifica-  
tionem et abnegationem; impetra puritatem, simpli-  
citatem nuditatem libertatemque internam; impe-  
tra introversionem essentialem ut sim homo secun-  
dum cor filij tui. O sancti sanctique Dei omnes  
et beati spiritus Angelici orate pro me. Saluto  
saluto saluto et ueneror uos. Eia impetrate mi-  
hi plenam omnium peccatorum meorum remissio-  
nem, impetrate gratiam unionemque diuinam.

O clementissime et misericordissime Iesu miserere  
Ecclesie tuae miserere omnium pro quibus sacro  
sanctum sanguinem tuum sudisti. Eia conuer-  
te conuerte conuerte et reuoca miseros pecca-  
tores. Da uiuis ueniam et gratiam La Solli-  
bus defunctis requiem lucemque sempiternam. Amen.  
O bone Iesu bone Iesu bone Iesu. O bone

Et dilecte dilecte O amor meus unice O ge-  
su dulcissime miserere miserere miserere mihi  
Redde me placentem tibi et tecum unum spiritum effic.

Aut ista.

O Domine Deus, O charum principium meum, O  
amabilis abyssus, O simplicissimum atque iucundis-  
simum bonum dona te mihi et in me infuse. Expoli-  
quato, expedi expedi ne ab omnibus transfer in te  
totumque absorbe.

Qualiter instante tribulatione  
Deus invocandus et benedicendus

Sit nomen tuum benedictum Domine in secula  
qui voluisti hanc tentationem et tribulationem  
venire super me. Non possum eam effugere  
sed necesse habes ut me adiuuus ad te confuge-  
re, et in bonum mihi conuertas Domine meolo-  
sum in tribulatione, et non est cordi meo bene  
sed multum uxor a presenti passione. Et tunc  
Pater dilecte quid dicam? Deprehensus sum  
inter angustias. Saluifica me ex hora hac.  
Sed propterea ueni in hanc horam ut tu clari-  
ficeris cum fuero ualde humiliatus et per-  
te liberatus. Complacere tibi debet ut eruat me  
nam ego pauper quid agere possum et quo mo-  
do sine te? Sed patientiam Domine etiam hanc uice  
stamina me Deus meus et non timebo quantum-  
cunque grauatus fuero.

Et nunc inter haec quid dicam? Domine fiat uoluntas tua, ego bene merui tribulari et grauari, oportet utique ut sustineam et utinam patienter donec transeat tempestas et melius fiat. Potens est autem omnipotens manus tua etiam haec tribulationem à me auferre et eius impetum mitigare ne penitus succumbam quemadmodum et per hoc fecisti uicem Deus meus misericordia mea. Et quanto mihi difficilius tanto tibi facilius est haec mutatio dexterae tuae quae est excelsi

## Dulcia ad Iesum uerba frequenter ruminanda.

O christe Iesu tu mihi proferens es miserere mei. O pie o clemens. O benigne Redemptor. O spes mea refugium meum salus mea unica. O bone Iesu dilecte mi charissime mi. O amor meus Dulcedo cordis mei lac animum meum. O serena lux mea uernans gaudium meum pax mea suauis. O diuitie meae uerum bonum meum sufficientia mea. O paradisi Deliciarum Deus meus intende mihi peto ueniam peto spiritum bonum peto gratiam. Imunda lana sanctifica me. Doce illumina. Lige me. Adiuua protege me salua. Da ut diligam te toto corde tota anima tota uirtute. Laus tibi dñs laus tibi honor et gloria perennis. Amen.

# Orationes ante Confessionem ex libello precario Romano

## Desumptæ

Pulcipe confessionem meam piissime ac clementi-  
 sime Domine Iesu Christe unica spes salutis a-  
 nime mee et tu mihi obsecro contritionem cordis  
 lacrymas oculis meis ut desiccam diebus ac no-  
 ctibus omnes negligentias meas cum humilitate et  
 puritate cordis. Appropinquet oratio mea in con-  
 spectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me  
 quem adiutorem quædam. Quis miserabitur iniqui-  
 tatis meae? Memento mei Domine qui Chanaan-  
 am et publicanum uocasti ad penitentiam et Pe-  
 trum lacrymantem suscepisti. Domine Deus meus  
 suscipe preces meas saluator mundi. Iesu bone qui  
 te Crucis morti dedisti, ut peccatores saluos face-  
 res respice me miserum peccatorem inuocantem non con-  
 tum: et noli sic attendere malum meum ut obliuiscaris  
 bonum tuum. Illi commisi, unde et damnare potes-  
 tu non amisisti unde saluare soles. Parce ergo mihi  
 qui es saluator meus et miserere peccatrici anime  
 mee. Solue uincula eius sana uulnera Domine Iesu  
 te desidero te quæro te uolo ostende mihi faciem  
 tuam et saluus ero. Emitte igitur piissime Domine  
 meritis piissime et innocuitate semper Virginis  
 genitricis tuæ Mariæ et sanctorum tuorum lucem  
 tuam et ueritatem tuam in animam meam, quæ ois  
 defectus meos in ueritate mihi ostendat quos confite-  
 ri me oportet atque inuest et doceat ipsos plene

et contrito corde explicare. Qui uiuis et regnas &c.

### Alia Oratio:

O Pater celestis omnipotens et misericors Deus per  
merita acerbissime passionis et mortis pro dilecto filio  
tui dñi nri Iesu Christi et per merita et suffragia  
Beate Marce semper Virginis et omnium sanctorum  
infunde cordi meo septiformem Spiritus sancti gra-  
tiam compunctiuam et fontem lacrymanum ut possim  
reatum conscientia mea perfecte cognoscere et  
delicta facinorum meorum plenius confiteri et  
de comilibus et omilibus omnibus dignam penitentiam  
agere et de his tua prestante misericordia per se-  
cram habere abolitionem et ueniam Per Christum &c.

### Oratio post Confessionem.

O fili Redemptor mundi Deus qui uisisti pro me  
ipsi uidi mere, peto te per dulcissimum corpus et  
sanguinis tui sacramentum ut dones mihi omnium  
peccatorum meorum indulgentiam et remissionem  
tantam agere penitentiam et in bonis operibus  
perseuerantiam ut post hanc uitam obtinam  
internam Amen.

### Alia Oratio.

Sit tibi Domine obsecro mentis Beate semper  
Virginis genitricis tuas Marce omnium sanctorum  
grata et accepta ista confessio mea et quicquid  
mihi desuit nunc alias de insufficientia contributionis  
de puritate et integritate confessionis suppleat pi-  
etas et misericordia tua et secundum illam digni-  
ris me habere plenius et perfectius absolutum

in celo Qui vivis et regnas &c.

Peccatorum Confessio ualde elegans uerum de peccatis dolgre in homine bone uoluntatis facile exuscitans; ex D. Ioan;

Thaulera;

O Pater omnipotens pius et misericors ego miser et uilis peccator cum tanta humilitate quanta mihi possibile est et cum plena erga immensam bonitatem tuam fiducia pedibus tuis prouolutus confiteor tibi omnia magna et graua peccata in quibus in hac uelque hora te benignissimi Patrem meum offendi quod non timui excecanda illa perpetrare scelera, quae dilectus unicus tuus tam cruciabiliter diluit et tanta cum amantissime expiauit. Confiteor tibi clementissime Pater multum et magnam ingratitude meam quod ad hanc usque horam tam ingratus fui et tibi et filio tuo pro omni amore benignitate et fidelitate, quae mihi exhibuisti: quod tot iam annis in tanta malitia pro peccatis tam longanimitate mihi pepercisti omnisque iniuriam et contemptum tibi a me per inobedientiam et maleuolentiam meam irrogata benigne tolerasti, nec non tanta cum benignitate me expectasti ad penitentiam quo posses quandoque obtinere cor meum ad extirpandum in celo habitaculum tuum et infundendum illi amorem tuum.

Et o quoties Domine Deus meus pulsasti ad ostium  
cordis mei per inspirationem tuam beneficijs blandi-  
tus es consolatione allexisti afflictionibus compulisti  
et tamen repulsum passus es et semper dorsum tibi  
uerbi quod ipsum tamen benigne sustinuisti. Oqm  
iuste me in abyssum inferni deltrudere poteras et ele-  
menter mihi pepercisti. Mirum certe est o Pater dul-  
cissime, non exopare pro contritionis uehementia  
cor meum dum ista uocogito. Proxius nec inferny  
ipso tot penas habet ut malitiam et scelera mea di-  
gno corrigere possit. Indignus sum uocari creatura  
tua et quem terra sustinet cuiq; alimentata submi-  
stret. Mirum est domine non esse ultas creaturas  
tuas omniq; simul elementa iniuriam et con-  
temptum quo tibi per multiplicis inrogauit iniqui-  
tates meas. Sed nunc fidelissime Pater misere-  
re obsecro mei et conuerte ad me miseru ac desol-  
latum peccatorem oculos diuine gratie et clem-  
tie tue. Aperi mihi uiscera benignitatis tue me-  
que in gratiam recipiens ignosce quod tam dia-  
diltuli ad te conuerti. Pande mihi paternum  
corpus tuum pedus et infunde mihi nutrimentum  
confortationem gratie tue. Quales domine De-  
us operare nunc uelociter in me id cuius gratia  
mihi huc usq; pepercisti et ad quod ab eterno  
me proordinauisti. Et ne mihi infortia peccato-  
ri quod tam arduum tamq; pium reliqui. pa

trem, qui nunquam mihi nisi amorem beneficia gratiam et fidelitatem prestitit: quodq; cor meum in quo templum habitationem et delectationem tuam habere decreveras tibi denegavi et multis scelerum sordibus factus vas iniquitatis et antrum spirituum immundorum. Plene confiteor domine me omnium quos mundus habet vitiosissimum esse sed nihilominus et

Pulchra Confessio peccatorum in  
Fidei professione et Ludovici Pi  
Styri Feracem.

Domine mi Deus mi Chre Jhu tuam  
solam spem ad mortem profiteor fidem  
et de tuis erga me beneficijs inverte  
re tibi ago gratias, et de mea aduersu  
se ingratitude veniam sufficienter peto  
oroq; ut tu pro mi effuso sanguine  
mea omnia diluas peccata nullu mei  
cuiusq; exigui doloris habito respectu  
sed amantissima potius tua passivis  
Quis sane mea futura mihi animo  
fixum est debite confiteri, et pro  
prie quidem firmis non mallo  
quam mortaliter in posterum peccare,

quod ut exequi possim mihi concedas  
quæro tu me gr̃m misericordi-  
tia, ut supra omnia te, et sicut in  
propter te amem proximum, et quæ  
hodie effundam preces tibi gratie  
futuræ sint, et quicquid à spiritu  
inspiratione proficietur in laudem tuam  
semper fiat. Hoc donec vivam  
favere intendo. Nec scire tantum  
Ipe p̃mij, aut supplicij honor,  
quantum tua gl̃ria desiderio, pro  
qua omnia tolerare omnino velle  
etiam si æterna dampno mihi  
velaretur a qua bone Jesu fidei  
venit es. Servare ita nos omnes  
servare velis profunda intercedi  
humilitate matris tuæ et Adversariæ  
Dñs q̃ nostræ Virginis Mariae. Hoc  
Largi absoluti in articulo mortis

Miseretur n̄ Indulgã in Dn̄s noster  
Christus qui est Summus Pontifex te absol-  
vit ab omnibus peccatis tuis quæ commisit  
tunc. Veniunt opere et omissione. Et ego  
in virtute omnipotentis Dei et eiusdem Dn̄i  
qua fungor in hac parte absolvo te ab  
omnibus excommunicationibus majoribus et minoribus  
Suspensionibus et Interdicti sententiis et legibus  
Ecclesiasticis à iure vel ab homine contrariis  
Scienter vel ignoranter te latis et  
ab omnibus peccatis tuis Deo per

INCIPIT CITHARA  
RYTMICO SONANS CAR-  
mine in laudem saluatoris.  
matrisq; eius sanctissimæ atq; quo-  
rundam Sanctorum. *ve*

AD IESVM.

Iesu uia ueritatis  
Et immensa pietatis  
Per quem uiuunt omnia.  
Esto meus consolator  
Via uita quodq; dator.  
In tantâ miseria  
Ego pauper et egenus.  
Peccatorum sordis plenus.  
Ad te patrem fugio  
Suscipe me reuertentem  
De longinquo ueritatem  
Esto pius filio.  
Non sum dignus Pater bone.  
Dissipata portione.  
Tuus dici filius.

Parce quæso confitenti.  
Pater ad te Venienti.  
Occurre quâ pius  
Sicut ouis aderrauit.  
Cum me a te elongauit.  
Sed nunc ad te fugio  
Tu require peregrinam  
Natum ad te rediuntem.  
Suscipe cum gaudio.  
Da ueniam mihi tristi  
Tu qui Tonam eruisisti.  
De piscis ingluuie  
Pueras fratres conseruasti  
Danielem liberasti.  
De leonum rabie.  
Vigilorum mors uindis  
Ad te clamo de profundis  
Iesu pastor ouium.

coram me confesari et oblati, ut sit absolutus  
hic et in futuro scilicet ante tribunal  
D. N. I. Christi et ipsius et que  
sancti in his et participati  
sacramentorum in nomine Patris  
filii et spiritus sancti Amen

Non spernas me peccatore  
Sed mihi in protectorem  
Sis et in refugium.  
IESV panis Angelorum  
Spes et salus miserorum  
Adiuua miserimum.  
Tu qui facis Aquilatam.  
Meam dele prauitatem.  
Sordes lauans criminum.  
Iesu munda me immundum.  
Et cor crea in me mundum.  
Iram tuam mitiga.  
Quam peccando irritaui  
Et contra me prouocaui.  
Te per multa crimina.  
IESV uide me immundum  
Vultum tuum requirerem  
Quo nihil est dulcius.  
Noctem fuga tenebrarum.  
In hac Valle lachrimarum  
Sis mihi propicius.  
Iesu factor saeculorum.  
Qui populum habet  
Saluasti eum aegyptis  
Munda me et emundabo.  
Sana.

Sana me nunc et sanabo  
Ab hostium insidijs.  
IESV chre Rex suavis  
Emanuel David clavis  
Qui claudis et aperis.  
Qui neminem uis perire  
Me digneris custodire.  
Luce tui muneris.  
IESV uerum salutare.  
Robur meum memorare  
Que mea substantia  
Purifica mentem meam.  
Qui saluasti chananeam  
Pietatis gratia.  
Iesu caeli dominator.  
Terre marisque creator.  
Tu es mea gloria.  
Redde mihi caritatem  
Cordis fuga prauitatem  
Mundans mea labia  
Iesu pater orphanorum.  
Consolator afflictorum.  
Pauperum defensor.  
Me de Syon tueatur.  
Vitam mihi largiar  
Tua misericordia  
Iesu caeli pulchritudo  
Esto mea iortitudo  
Et firma protectio

Tu qui fortem alligasti  
 Et leprosos emundasti  
 A lepra contagio  
**IESU** curum firmamentum  
 Esto meum munimentum.  
 Ut saluum me facias.  
 Te scio. fontem viuum.  
 Tu restoca fugitiuum  
 Ad cali delicias.  
 Te me respice pie  
 Esto mihi lumen uia.  
 Qui mundum illuminas.  
 Te nunc deprecor largius.  
 Intenge meis precibus.  
 Calorum tuuuditas  
 Jesu audi **meas** preces.  
 Cordis mei munda fauces.  
 Mea dele uicia.  
 Qui latroni confitenti.  
 In extremis penitenti  
 Promisisti gaudia  
**IESU** me conserua bona  
 In hac mortis regione.  
 In hoc carnis:  
 onere.  
 Qui

Qui iam sepultum Lazarum.  
 Iusisti quatuordecim.  
 De terra resurgere.  
**IESU** fili uultu Dei  
 Precor miserere mei.  
 Cunctisque fidelibus.  
 Qui Martham Magdalenam  
 Peccatorum sarde plenam  
 Soluisti a demonibus.  
 Tu qui Paulum conuertisti  
 Petrum flentem respicisti  
 Oculo clementiae.  
 Libera me captiuatum.  
 Ac protege me tentatum.  
 Clispeo potentiae.  
**IESU** uerbum incarnatum.  
 Ut hominem acuiatum  
 Ad uiam reduceres  
 Solus potens atq; fortis  
 De tenebris dira mortis  
 Precor ut me liberet.  
**IESU** mundi reparator.  
 Veritatis seminator.  
 Et casti consilij.  
 Si uis potes me mundare.  
 Et a culpis praeseruare  
 Aeterni supplicij.

Jesu ad te uerus Deq.

Perueniat clamor meus.

Et cordis contritio  
Esto uia deuianti.

Et medella infirmati.

Flenti consolatio

JESU clemens esto tristi.

Qui in fano iacusti.

Viliq; praesepio.

Ut miseros adiuuares

Et electos liberares.

A mortis incendio.

JESU splendor uent huius

Libera me a caducis

A malisq; omnibus.

Sub alarum velamento.

Protege me a tormentis.

Et Jehenna ignib;.

JESU fortis potens. Gygis

Qui serpente diru ligas

Hastem malu igni.

Finem bonu mihi doca

Cum electis me corona

Caelum mihi apen.

PARS II

carminis.

Jesu qui sic dilexisti.

Nos. ut mortis pertulisti.

Pro nobis supplicium.

Desolatam me conforta.

Et ad gregem me reporta.

Superiorum ciuium.

JESU uera medicina

Conteratur per te spina.

Meorum peccaminum.

Duce ad lucem infinitam.

Donans mihi ueram uitam.

Qui es salus omnium.

JESU christe leo fortis

Qui destructa sege mortis

Vitam reddis miseris.

Dona mihi spem salutis.

Et delicta iuuentutis

Dece. ne memineris.

JESU CHARE fili Dei.

Comple dies luctus mei

Meum sis remedium.

Ecce me totum tibi do.

Tu saluabis me ut credo.

Post hoc uita tedium.

Jesu spes et la

JESV spes & salus mea

JESV tu portio mea.

In terra uiuenciu.

JESV Deus et saluator.

Esto meus liberator.

De mortis voragine.

Qui de calis descendisti.

Et hunc mundu redemisti

Tuo sacro sauguine.

JESV laudes tibi dico.

Nomen tuu benedico.

Manum mehi porrige.

Per te surgat pes elisi

Ad amana paradisi.

Viam mea dirige.

JESV pie JESV bone.

Libera me a Leone.

Et mortis angustia

Me commedo tibi Deo.

Subueniat mihi reo.

Tua sancta gratia.

JESV tua bonitati

Atq; summa pietati

meum.

Meum trado spiritum

Esto mihi via lucis

Qui per munde lignu crucis

Mundum saluas pditu

JESV SINE MORA VENI.

Ne me laedant alieni.

Vel crudelis bestia.

Qua me querit deuorare

Festina nunc liberare

Pro tua clemencia.

JESV mea spes salutis.

In tempore iuuentutis

Noli me proicere.

Te inuoco Deum meum.

Adiuua me solue reum.

Malignos fac vince.

JESV mundator immudi

Qui tollis peccata mdi.

Et disponis omnia.

Me tremetem redde tutum.

Et suscipe destitutum.

In tua iustitia.

Suscepit meum semper scutum.

Mihi tribuens tributum.

In aeterna gloria.

SALVATIO DEIPARÆ VIRGINIS  
MARIE.

1 Ave melitissima virgo mater Dei  
Ave benignissima salus nr̄a spei.  
Ave nobilissima sanguinis Hebræi.  
Ave clementissima audi præc̄e rei.

2 **MARIA** flos lilyum arca testamenti  
Dei Optimi facta manu præpotenti  
Canticum latitja omni confitenti.

3 Et dulce præsidium cuiq; petenti  
4 **GRATA** præ ceteris virgo sublimaris.  
5 Plena Dei filio casta non grauaris  
6 **DOMINVS** est omnium quæ intacta paris  
7 **TECVM** et in utero regnat salutaris.  
8 **BENEDICTA** Dn̄a nr̄i miserere.

9 Tu afflictum populum benigna tuere.  
10 In tuo seruitio fac nos permanere.

11 **MULLERIBVS** sola digna præfulgere,  
12 **ET** cum nr̄a uenerit nobis mortis hora  
13 **BENEDICTUS** filius adsit sine Mora.

14 **FRUCTVS** suauissimus, o fulgens aurora  
15 **VENTRIS** tui nos saluet, per te o decora  
16 **JESVS** dulcis redemptor quicquid adamauit

CHRISTVS Patris aeterni, te sic honoravit  
 De te super Angelos omnes exaltauit  
 Nobisq; adyttricam benignā donauit.  
 Ergo uenerabilis uirga stirpis Jesse.  
 In tuis nos laudibus fac attentos esse.  
 Tua sancta merita, nobis fac prodēse.  
 Ut cum tuo filio mereamur esse.  
 Amen mecum resonent chori Angelorum  
 Prophetarum. Martyrum & Apostolorum  
 Monachorum Virginum atq; Confessorum.  
 Ut fruamur gaudijs aeternis caelorum.

## AD SS. APOSTOLOS

PETRE princeps fidei & Apostolorum  
 Tibi clāues tradite sunt regni caeloru.  
 Me praecor a vinculis solue peccatoru.  
 Portas mihi reserans ad regna caeloꝝ.  
 PAVLE. doctor gentiu. lux Ecclesiarum.  
 Peccatorum speculum iubarq; praclarum.  
 Pastor beatissime fac me Deo charum.  
 Ut me non absorbeat lacus tænobrarum.  
 ANDREA. mitissime qui tormenta crucis.  
 Passus es viriliter me consortem lucis.  
 Facias perpetua: ut spretis caducis.

Rebus: dignus famulus fiam christi ducis  
JACOBE a domino cum fratre Vocatus.

Joanne: continuo fusti paratus.  
Relinquere omnia centuplum lucratus.  
Ora pro me obsecro christo sociatus.

JOANNES. castissime quem Jesus amavit  
Prae caeteris quum tibi meum commendavit  
Dum in cruce pro nobis volens expiravit  
Illum placatum redde nobis quos vocavit

THOMAS dictus dydimus Jesu tetigisti  
Resurgentis vulnera: factusque fuisti  
Fidelis & credulus. me a nate Tristi.  
Pater bone tuere: qui mortem vicisti.

JACOBE. mitissime filius Alphaei.  
Frater Christi Domini. esto memor mei.  
Longè fac hypocrisim à me Tharisei  
Fac ut nunquam separer a conspectu Dei.

PHILIPPE qui similem mortem saluatorum  
Pertulisti moriens: Miki peccatori.  
Præbe tunc auxilium. dum continget mori.  
Ut me tunc suscipiant Angelorum. chori.

BARTHOLOMÆE pie qui excoriatus.  
Sic pro Dei gloria atq; decollatus.

Per te iudex omnium mihi sit placatus.  
 Ne aeternas incidam inferni ploratus.  
**MATHEE** dominici germinis relator.  
 De teloneario factus predicator.  
 Per te Sanctus Spiritus dulcis, consolator.  
 Dignetur cordis mei esse habitator.  
**SIMON** care domini Custos Canane.  
 Mole pressus scelerum te exoro, reus.  
 Mihi sit propicius per te iudex meus.  
 Sed mihi sit mansuetus Jesus, Chris Deo.  
**THADEE**. Abagaro Regi predicasti.  
 Quem cum suo populo ad fide vocasti.  
 Eosq; baptismatis lauacro mundasti.  
 A me quoq; crimina tolle protoplasti.  
**MATTHIA** dignissime. Judae substitutus.  
 In chri Apostolum: Juua me ut tutus.  
 Semper sim ne deuolet me Sata versuty.  
 Tuq; presidio gaudeam adiutus.  
**BARBARA**. a spiritu sancto es electus.  
 Rogo te qui vicijis multis sum infectus.  
 Fac ut coram Dno simplex sim & rectus.  
 Simq; in virtutibus omnibus perfectus.  
**LVCA** scriptor virginis & Euagelista.  
 Te petentem spiritum quaso no cotrista.

Ut mihi non noceat malignus Zophista.

Quo laudes decantare queam cum <sup>Psalmista</sup>

MARCE Euangelij scriptor salutaris

Fac ut culpas abluam fletibus amaris

Tecum ut consedeam sedibus preclaris

Ubi cum caelestibus iugiter letaris

AD SS. DOCTORES. 4.

Pontifex prænobilis beate Gregori

Fac me Pater optime sic iam mundo mori

Ut placere valeam meo creatori.

At post mortem sumant me Angelorum chori.

Tu excellentissime Doctor AUGUSTINE

Fac me dignum famulum caelorum Regine

Ne cadam in laqueas fraudis Serpentinae

Sed in caelis gaudeam tecum sine fine.

Praesul preclarissime Doctoris AMBROSII

Fac ut me non maculent actus criminosi

Nec mihi praeualeant hostes tartarosi.

Neque mihi noceant daemones exosi.

O felix HIERONIME scripturae translate

Porte pius conditor sis meus amator.

Ut me nunquam confundat calidus tentator.

Tecum ut efficiar caeli habitator.

O Patres Ecclesia, vestrum laudatorem.  
 Promouete precibus apud saluatorem  
 Qui per uas effugiat inferni horrorem  
 Et uobiscum capiat caelestem odorem Amen.

## Salutatio crucifixi domini

Super illud Genesis 3. Et slauy grediebati. de para:  
 Aiso. vocati. Cyon. Physon Tigris Euphrates. &c.  
 deuotissima. Consideratio. et oratio fructuari.

|                             |                              |
|-----------------------------|------------------------------|
| Omnibus humiliatis          | Portas pandis uere lucis     |
| Paradisus uosuptatis        | Fauces claudis hostis trucis |
| Es. Jesu dulcissime.        | Diuina potentia              |
| In te fons paternitatis     | Te adoro propter illum       |
| Omnis fructus suauitatis    | Qui pte gregem pusillum      |
| Plantauit plenissime.       | Locauit in patria.           |
| Passionis tuae fructus      | Confringens p hoc vexillum.  |
| Et cruoris tui fluctus      | Velet orci et sigillum.      |
| Effluens largissime.        | Vincens infernalua.          |
| Finem fecit nostri luctus   | Ad Caput                     |
| Per hoc infernus destructus | Flue caput inclinatum        |
| Gemit amarissime.           | Despectum et coronatum.      |
| Ad CRUCEM:                  | Spinis Infidelium.           |
| Triumphale lignu Crucis     | Multis locis perforatum      |
| Tu seductas nos reducis     | Circumquaqz cruentation      |
| Ad supna gaudia             | Exemplar humilium.           |
| Portas:                     |                              |

O corona preciosa.  
Qua cruoris tinxit rosa  
Plasmatoris omnium.  
Per te fiat speciosa  
Mens humana mens spiritus  
Proclivis ad victimum.

Ad dexteram.

Aue vulnus dextre manus  
Velut Phison riuus plang  
Miseris scaturiens.

Velut Judaeus inhumane  
Cruelis atq; Tyrannus.

Fodit Deum nesciens.

Te adoro & imploro  
Te inquirro & honoro  
Ut miser cum moriens.

Sim in contritorum choro  
In quo sperando laboro.  
Nec sim deficiens.

Ad sinistram.

Aucto sinistra christi  
Perforata qua fuisse  
Clauo perdurissimo.  
Velut Syon effudisti  
Riuum

Riuum tuum quo laui

Nos a malo pessimo.

Te o manus adoramus

Tibi caput inclinamus.

Ut Fonti dulcissimo

Per te fiat ut vincamus

Hortes nras et canamus

In die nouissimo.

Ad dextrum pedem

Salve vulnus dextri pedis

Tu cruoris riuum edis

Tigri comparabilis

Per hoc vulnus homo redis

Ad superna culmen sedis

Vbi pax est stabilis.

Per hoc vulnus hoc foramen

Fudit sanguinis libamen

Deus impassibilis

Nobis semper sit solamen

Istud vulnus est iuuamen

Dum mors adest flebilis.

Ad sinistram pedem:

Laui pedis perforati

Aue vulnus in quo pati

Deus homo voluit.

Comparanda es Euphrati  
Per te sumus liberati.

Quos infernus tenuit  
Dulce vulnus dulcis claud  
Et cruoris dulcis fauus.  
Per istud eferbuit.

Per te resurgat ignauus  
Emanatur homo grauis.  
Qui in te spem habuit.

Ad latus chri.

Flue o fons paradisi  
A quo quatuor diuisi.  
Dulces fluunt riuuli.  
Per te demones inuisi  
Sunt confracti & collisi  
Effectiq; tremuli.

Dulce vulnus laterale  
Inter fontes nullu tale,  
Nectar manat poculi  
Aur. Salue. Gaude. Vale.

Contra venenu lethale.  
Medicina populi.

Ad virginē Mm

O Maria plasma nati  
Quem uidi sei mortē pati  
Quis te dolor tenuit?

Non est hoc humanitati  
Scire datum; pietati.

Nullus homo potuit  
Hoc dolore perforitur.  
Meum cor et crucietur  
Quod dolorem meruit.

Ne in sine condegeretur.  
Hic contritū emendetur.  
Quia carni paruit.

Ad Ioannem S.

Ioannes Euangelista.  
Sacrarj tu Sacrista.

In quo Deus tacuit  
Me mundus fallit sophista.  
Per te mihi datur ista,  
Qua sub cruce doluit.

Te exoro per hunc fletum.  
Per dolorem & per metum  
Quo cor tuum tremuit  
Dum uideres Deū spreum.

Me perducas ad hunc catū  
Quem ipse eripuit.

Uersus. *Potes addere. Pm.*  
Proprio filio suo, non peperit Deus.  
Sed pro nobis oib; tradidit illum.  
Colleceā uide filio 18.

AD VIRGINĒ  
dolorosam.  
CANTIO.

Stabat virgo iuxta crucem  
Videns passū verā lucem  
Mater Regis omnium.  
Vidit caput coronatum  
Spinis; latus perforatum  
Vidit mori filium.  
Vidit dire vulnematū.  
Totum corpus crucifiatū.  
Pastoris pro ovibus.  
Vidit dulcis hanc puellā.  
Natum pati & flagellā.  
Qui imperat omnibus.  
Vidit potū felle mixtū  
Degustante Jesum Christū  
Audit alij opprobria.  
Audit risus & insultus  
Quem excitarat tumultus  
Latronis convicia.  
Audit virgo hanc dicēte.  
Natum suū innocētē.  
En maligr filius.  
Mori vidit dulce natū  
Dicentem est consummatū.  
Quā pertransit gladius  
In dolore tūc fuisti.  
Virgo

Virgo pia cū vidisti  
Jam mortuū filium.  
Dolor ingens dolor ille.  
Dicunt sancti plusquā mille.  
Excedit martīrium.  
Virgo mitis virgo pia  
Mater benigna Maria  
Virgo plena gratia.  
Dignissima mundiā Via  
Ero nobis recta via  
Ad superna gaudia Amē  
Ad S. Ioannem Euā  
Contemplator Trinitatis  
Speculum Virginitatis  
Ioannes Apostole.  
Protège me supplicātem  
Te suppliciter precātem  
Excelle calicole.  
Tunde preces flecte Deum  
Ut illustret pectus meum  
Ad te mentem eriga  
Ut sim saluus tuo dono  
Meam spem in te repono  
Te patronum eligo  
Virgo Dei es electus.  
Et pra ceteris dilectus.

Gemma pudicitie  
 Vagos stringe cogitatus  
 Ut sit in me saluus status  
 Dei continentia.  
 Mensus firma fluctuantes  
 Hostes fuga conturbantes.  
 Reprime demonia.  
 Doma mentem iram frena  
 Confer pacem cor serena  
 Aufer aduersancia.  
 Cum Iesu recubuiisti.  
 Supra pectus: ebibisti.  
 Dicitur euangelica.  
 Dum in Patmos relegaris  
 Ad superna eleuatis  
 Contemplaris mystica.  
 Prelecte tu dignare  
 Mihi tristi impetrare.  
 Deliciorum veniam.  
 Ut sic queam respirare  
 Vitam meam emendare.  
 Et consequi gratiam  
 O felix euangelista.  
 Mihi iugiter in ista  
 Seruina subuenias  
 Sicut matrem Iesu christi  
 Commendatam custodisti.  
 Precor: me custodias.

Aufer cordis prauitatem,  
 Lingua purga scditatem.  
 Me languentem Robora  
 Auge veram charitatem.  
 Corpori da sanitatem.  
 Et quiceta tempora.  
 Vita mea rege cursum.  
 Post hanc uitam trabe susu.  
 Animam ad gaudia.  
 Vbi Deum contemplari.  
 Justis pie sociari.  
 Merear in gloria.  
 Amen. Ecclesiam.

Antiphonam & collecta vide in Breuiario

SALVTATIO B.  
 Virginis MARIE

Aue per quam Deus stravit  
 Lucem vix quod nos ligauit.  
 Quod vaser serpens negavit  
 Per te nobis hoc donauit.  
 Maria quam figurauit.  
 Lux primæua quæ fugauit.  
 Tenebras: dum illustrauit.  
 Christus: quos cæca  
 u it..

Gracia Dei manauit  
Te media quæ rigauit.  
Quos peccatū caecauit.  
Et hostem dirum prostrauit.  
Plena tuus es fūisti.  
Bonis quæ distribuisti.  
Nam cum Deum concepisti.  
EVA in AVE uenisti.  
Dominus. uniuersorum.  
Super choros Angelorum  
Te locauit in Polorum.  
Arce Regina Sanctorum.  
Secum habes deitatem  
Quæ tuam humanitatem  
Statuit ob humilitatem  
In aeternā claritatem.  
Benedicta es post Deum  
Per conceptum virginæ.  
Vincens hostem tartarū.  
Cælum reddis Empireum.  
Tu es virgo laudabilis  
Pulchra Rachel amabilis  
Hæster Regina nobilis  
In qua Deus sit humilis.  
In te cuius laudes primum  
Deus verus factus homo  
Descendens de celso domo  
Pati pro uetito homo.

Mulieribus.

Mulieribus. prelatæ.  
Omnibus es summæ gratiæ  
Tu es Eua transmūtata  
Ab Angelo salutata.  
Et per te nobis uenit  
Daturus pes atq; gloriæ.  
Quos in valle misericiæ  
Regis sub alis gratiæ.  
Benedicis pte multæ  
Est effectus & secundus  
Qui ante erat immundus  
Et multis malis secundus  
Fructus quem sine dolore  
Virgines status flore  
Protulisti ab ore  
Eruat inferiore  
Hostis inferni horrore  
Quos suo emit cruore  
Veneris tui virginæ  
Integritasq; mentalis  
Nos a cunctis seruet malis  
In sala uitæ mortalis.  
Tua sancta Natiuitas  
Et profunda humilitas  
Sed et pura fecunditas  
Nos ducat ubi habitas.  
Amendmen repetamus.  
Et Mariam habeamus.  
Per hanc scalam ascendamus.  
Ad cælum quo festinamus.

De.

## DES. CATHERINA VIRGINE ET

Martire Tri aureolata.

Ave virgo Catherina  
 Ave martir et Regina  
 Ave sponsa chri. Vera  
 Ave mitis o sincera.  
 Ave virgo Deo digna  
 Christo prae me consigna  
 Precas auai presta vota  
 Cor in bono fac immolatum.  
 Confer mihi cor contritum  
 Rege visum o auditum.  
 Rege meum o olfactum  
 Virgo sancta. rege tactum.  
 De in cunctis te vegente  
 Vivam Deo pura mente.  
 O Beata Catherina.  
 Sponsa christi es intima  
 Tuum mihi fer ducatu  
 Plasmatores fac placatum.  
 Esto mea consolatrix  
 Pro me sis interpelatrix  
 Christum pro me interpella  
 Ut me seruet a proculla.  
 Huius mundi ta immudi  
 Cuius fluctus furibundi  
 Omni parte me constringit  
 Et peccati zona cingunt.

Ne sinas me naufragari  
 In peccatis in hoc mari.  
 Virgo Dei nunc memento.  
 Quo labore quo tormento  
 Regnu Dei meruisti  
 Sic in caelum ascendisti.  
 Potens in conspectu Dei  
 Memor quasso esto mei.  
 Memor esto supplicantis  
 Respiciens. quod in tantis  
 Sim peccatis constitutus  
 Multis malis inuolutus  
 Visita tu me infirmum.  
 Et in bonis fac me firmum.  
 Agonista Dei fortis  
 Esto praesens tiora mortis  
 Decumbentem fove leua.  
 Et a morte serua seua  
 Ut resurgam nouus homo.  
 Cuius in caelesti domo.  
 Duplex mors non me in selet  
 Iesus christus illud praestet  
 Tua praece exoratus.  
 Item Pater idem natus.  
 Verusq; Sanctu Flamen.  
 Qui uiuit Fregnat Amen.

**SALVE REGINA AVREVM.**

millenaria indulgentia priuilegiatū.

**SALVE.** uirgo uirginum: Stella matutina.

Sordidorum criminum: uera medicina

Consolatrix hominum: qui sunt in ruina.

Obruti peccaminum: Face draconina.

**REGINA.** regnancium: Virgo tutelaris

Peperisti Dnūm: Mater singularis

Sacratum pallacium: Dei tu uocaris

Diuinum auxilium: Nobis largiaris. Fons

**MISERICORDIÆ:** dici meruisti.

Atq; mater gratia: quando concepisti

Summum Regem glæ. quem post peperisti.

Largitorem ueniam: mundo contulisti

**VITA.** uia ueritas: ex te nobis nata.

At semper uirginitas: restat illibata

Nam tua humilitas. fuit operata

Ut in te diuinitas. esset incarnata.

**DVLCEO** dulcedinis: fructus benedictus

Uentris nr̄e uirginis: agnus Dei dictus

Cuius unda sanguinis: homo derelictus

Lotus labe criminis: Est. et demon uictus

**ET SPES NOSTRA** ualida. es uirgo Maria

Virga Jesse florida: Ut in Isaiā. Rora.

Rore cali madida: canit Prophetia  
Pulchra. ut nix candida: Dei mater pia.

**SALVE.** lux fidelium: Pulchra et decora.  
Que es super liliū: Fulgens ut aurora.  
Omne quod est nocuum: Tolle sine mora  
Et Dei auxilium: Pro nobis implora.

**AD TE.** clamant miseri: multum desolati.  
Nobis aures aperti: pectoris sacrati.  
Ut a fauce inferi: per te liberati.  
Consequamur liberi: regnum tui nati

**CLAMAMUS.** deuotius: ad te suspirantes  
Et affectuosius: te pie precantes.  
Dele que interius: mala. cogitantes  
Gessimus exterius: Opere peccātes.

**EMES** exilio: omnes sumus dati.  
Pro parentum vicio: gloria priuati  
Paradisi gaudio: manemus orbati  
Tuo beneficio: sumus reparati.

**FILII** suspiria: edere coguntur  
Muneri præmisera: per quā deuoluuntur.  
Ad damnata vicia: ob quā moriuntur.  
At misericordia: tuā fulciuntur.

**EVA** lapsus intulit: Damnum desperatum.  
Et a nobis abstulit: gaudiū beatum.  
Felix Eua contulit: Verbum incarnatum.  
Quod et mortem sustulit: deleuit peccatum.

**AD TE** clamant iugiter: tibi famulantes  
Et in te fideliter: homines sperantes.  
Iuuamen humiliter: tuum postulantes.

Tu misericorditer: exaudi clamantes.  
**SUSPIRAMVS** fletibus: pro nostris peccatis

Et multis gemitibus: per nos perpetratis  
Sed te pie petimus: mater pietatis  
Verè penitentibus: veniam à gratis

**GEMENTES**: recolimus: mala antea acta

Quæ iniquè egimus: mente non coacta.

Sed in te confidimus: o Virgo intacta

Quod per te intrabimus: In Sanctorum Sancta  
**ET FLENTES** doloribus: Mente verecunda

Lumen nostris sensibus: Infunde facunda

De malorum sororibus: Nos pia emunda

Junge nos caelestibus: **MARIS** iucunda  
**IN HAC** ualle misera: multum tenebrosa.

Hominum sunt genera: plurimum fædosa.

Nam eorum corpora: sunt contagiosa.

Propter facta scelera: et opprobriosa.

**LACHRIMARVM** riuuli: græpūt: ut aqua

Quum senes et paruuli: et plerumque unquam

Contremiscunt singuli: hostes circumquam

Quærit: et fraudis sæculi: trahit proque unquam

**VALLE**: grandis criminum: sumus circumvallati

Periculis hominum: malorum vallati.

Ciues infernalium: vorare parati.

Sed tu uirgo virginum: non sinas nos pati.

**ELA ERGO.** dirige: ad tenras mentes  
Atq; lapsos dirige: Pelle affligentes  
Et errantes corrige: conforta trementes  
Miseros nos adige: ad te confidentos.

**ADVOCATA** libera: coram saluatore  
Postulare propera: consuetozq; more.  
Corda regem misera: benigno fauore.  
Pelle mala vetera: materno amore.

**NOSTRA.** spes fidelium: Semper fuit talis  
Est et erit omnium. Mater generalis  
Ut nobis praesidium: Ciuitas regalis  
Sis semper refugium. In oib; malis

**ILLOS TVOS OCVIOS:** & misericordes

ad nos. Conuerte ad famulos: in bono discordes.

Et ad malū sedulos: <sup>potente</sup> concordēs

Una carnis stimulos: deleto et sordes. &

**IESVM** unigenitum: **FILIVM** benedictū

Monstra nobis inclitū. Pirum et addictum

Per quem genus pditū. A demane victum.

Datum ad interitum. Reuertit in victum.

**VENTRIS.** In viscera; Deum portauerunt.

Et beata ubera. Ipsum lactauerunt.

Cui Iudaei vulnera: dira intulerunt.

Et post dira verbera: cruci affixerunt.

nobis poss.

NOBIS post exilium benignū: oñde  
Iesum tuum filium. et nobis impende.  
Tuum patrociniū: ac manum extende.  
Quando ad iudiciū. sistemur defende.

O clemens clementia: summa bonitatis  
Veri Dei filia: flos virginitatis  
Dei plena gratia: fons humilitatis -  
Virginum læticia: lampas charitatis

O pia. piissima. Regina cælorum  
Camera dignissima Regis sæculorū.  
Virgo prudentissima: gemma Confessorū  
Atq; iucundissima: laus Apostolorū.

O dulcis dulcissima. super omni melle  
Columba castissima: carens omni felle  
Mater benignissima: iuxta omnium velle  
Cuncta mala pessima a nob repelle

MARIA excima: natum depre care  
Ut quicunq; oia: hac velle orare  
In tui memoria: ut hunc exaltare  
Dignetur in gloria; cælesti locare.  
Amen.

AD S<sup>m</sup>. BARBARAM

Aue mar

VIRGO decus virginum, Corona Sanctorum  
Porta cali liminum Gloria iustorum  
Optima pars hominum Mater afflictorum  
Pelle sordes criminum à mente tuorem



SALVTATIO BEATÆ VIR-  
ginis Mariæ. Angelica.

Aue. desiderij: fons et flos decoris  
Victrix improperij: Speculum honoris  
Filia imperij: Mater conditoris  
Cunctis tuis famulis: hasta cunctis horis  
MARIA. ut lilium: Vernans inter spinas  
Animis debiliū: prabe medicinas  
Conferas angelicis: inter tot ruinas  
Placans tuū filium: aufer ira minas  
GRACIA. tu calica: plene irrigaris  
Dum voce Angelica: pie Salutaris  
Te lex Evangelica: scilicet ignara parit  
Qua vt turba calica: letetur conaris  
PLENA. ab initio: gratia fuisſi.  
Carens omni vno: Deum concepisti  
Ac sine supplicio: Lata peperisti  
Cuius beneficio: virgo permansisti  
DOMINVS. Rex gloria: Qui creata regit  
Gemma pudicitie: te matrem elegit  
O dulcis memoria: per qua hostes fugis  
IESVS dux victoria: per te nos protegit  
TECVM. spiritualiter. Decus Angelorum  
Tecum corporaliter IESVS spes iustorum.  
Teu.

Tecum est finaliter: Salus peccatorum.  
 Tecum eternaliter: est merces sanctorum.

**BENEDICTA** filia: David stirpe nata.  
 Secundum legalia: Moysi mandata.  
 Offers volatilia Pro filio grata.  
 Qui leuat humilia: promittit exaltata.

**IVIN** ~~MULTIPLICIS~~ mater singularis  
 Vina dans pauperibus: Inhibens aquas maris  
 Opprimi sceleribus: ne nos patiarius.  
 Sed Dei muneribus: frui Languiaris. **Et**

**BENEDICTVS** igitur: Corpus suū dedit  
 His a quibus diligitur: dum in cena sedit.  
 Te uidentē figitur: Cruci sic obedit  
 Sed viuens erigitur: et ad patrem redit.

**FRUCTVS** indeficiens sanitas languentum.  
 Et Iesus eiciens: cordis nocumentum.  
 Per te nos reficiens: vita dat fomentum.  
 Qui cunctis sufficiens: nescit detrimentum

**VENTRIS** secretarium: tui virgo pia.  
 Verum sit sacrarium: hospitii Mepis  
 Fitque thesaurarium: de quo nos in via  
 Omne necessarium. Sortimur **MARIA**

**TVI** nati gratia: Leuamus precamen.  
 Ut emendas spatia: finis det iuamen.  
 Ne pro contumacia: nos premat examē.  
 Sed nos ad palatia: cali ducat. Amen.

AD DVICISSIMUM SAL  
VATOREM.

Iuste iudex Iesu christe Rex regū & Dñs

Qui cum patre regnas semper. sancto simul & gloria  
Respice valde. afflictum ipsiq; miseror

Et digneris preces meas elementis suscipere.

Tu de celo descendisti in materiam

De qua sumons ueram carnem lauas culpas veterū  
Mortalibus referasti regni tui atrium.

Quos tu tibi redembisti sanguinem p proprium

Illa queso gloriosa tua IESU passio

no rugilet tueatur: ab omni conuicio

Ut valeam permanere in tuo seruicio

Adsit mihi tua virtus: semper & defensio

Mentem meam non perturbet hostilis incursio

Non tradas me dñcis IESU eterno supplicio

Dextra forti qua fregisti Aarons Januas.

Frange meas hostes atq; corū insidias

Audi Deus me precantem pro peccatis miserū

Et clamanti. putatis solacium da verum

Mitem fac & castum promptum deuoti & sobriū

Ne sim meis inimicis æternum opprobriū.

Clamo Iesu miserere IESU mi compatire

Confundantq; peruantq; qui me volunt perdere.

Fiant ipsi in ruinam. qui volant obnuere

IESU pio Iesu bone noli me relinquere. Tu.

Tu defensor tu adiutor tu sis mihi clipeus.  
 Ne triumphet de me hostis crudelis Tartareus  
 IESU dulcis IESU clemens. oro. non me dimittas.  
 Ecce hostes volunt cordis occupare semitas.  
 Da vires ad resistendū in me insurgentibus.  
 Ut malignis superatis laudem te feruentius.  
 Mitte quæso nunc de celis spiritū paraclitum  
 Ut paret in corde meo tibi locum inclitum.  
 Odientes me; repellat et eorum studium.  
 Redigendo in nihilum tollat omne odium.  
 Ac vexillo triumphali me victorem. faciat  
 Ut deuictus inimicus vmbus deficiat.  
 Exaudi me dulcis IESU Viri Dei genite.  
 Misere misere. ovi tua perditæ.  
 Tu pater per dulcem natū placare miserimo.  
 Cū uiuifico spiritu regnans sine termino.  
 Tibi sūt laus honor uirtus omnis benedictio  
 Gloriaq; summa atq; gratiarum actio  
 AMEN.

## DE LAUDIBVS SÆ. CRVCIS.

### Canticum.

Maximum solacium spiritus languentis  
 Suspirantis animæ christum sitientis  
 Stantis in gemitibus. multisq; lamentis.  
 Est in cruce Dñi mundum redimentis.

**CRUX** est in quo pascua sunt deliciarū  
Virtus et amantitas cibus animarū.  
Inestimabilia dona gratiarum  
Que per cuncta redolent climata terrarum  
Regina iustitię vitę disciplinę.  
Splendor indeficiens claritas diuina  
Et errorum vulnerum dulcis medicina  
Per quam omnes liberi sumus a ruina

**CRUX** est odorifera plena gaudiorum  
Scala perfectissima portus electorum.  
Hęc est fons caelestium desideriorum  
Feruor et incerdium cordium iustorum  
Est in cruce Domini gloria decoris  
Copia dulcedinis intimi saporis  
Poculum inebrians stimulus amoris  
Et euacuatio plandis et meroris.  
Montium iocunditas requies secura  
Pax interna nobilis pulchritudo pura.  
Per crucem acquiritur gloria futura  
Crucis amatoribus in aeuum mensura  
In cruce cibaria manent mansuetorum  
Magna spes fidelium clara lux cęcorū  
Et claudorum baculus panis egenorum  
Firmitas debiliū salus infirmiorū



CRUX est pavor demonū. & morsus inferni  
Perquam fulsit radius luminis æterni  
Per eam floruerant nobis dies æterni.

Vtinam hæc sentiant homines moderni

CRUCIS beneficium plus debet amari.

Recoli frequencius: et desiderari.

Quis tantam charitatem. poterit effari.

Vel quis passo Domino hanc regratiari.

CRUCIS beneficio sumus liberati.

Qui eramus periti atq; maculati.

Qui ob crimen Satanae iam eramus dati

Nunc per crucem. Domini sumus iam saluati

Qui nec. Crucem diligunt. nec crucem honorant

Nec in cruce Dominum videre laborant.

Qui eam transeunt. christum non adorant

Hæc omnes post obitum in inferno plorant.

Crucis desiderio corda sint ignita

In qua Deus pependit mortuamq; vita.

Dulcis amor omniū salus infinita.

Is. per quem & sæcula cuncta stabilita.

CHRISTIANUS deuotus sicut sub Cruce tatus.

Quum per hanc a peccatis cunctis absolutus.

Hanc colentis spiritus a carne solutus

Mox in cali curia erit constitutus.

CRUCEM sequi. portare atq; reuereri

Debet.

Debet qui vult in caelo Deum intueri.  
Sic sequutus semitam christi Dei ueri.  
Non dubitet magnum se in caelo haberi  
Vulnera remedium. nostri sunt languoris  
Terminus exicij requies laboris.  
Haec preciosissimi vasa sunt liquoris  
Tibi sapor hominis est interioris  
Felix qui vulneribus istis vulneratur.  
Precioso sanguine hic christi potatur  
Pascitur reficitur et inebriatur  
Gaudet mirabiliter atq; iocundatur.

O languis qui languerū es medica-<sup>metu.</sup>  
Da uirtutum omnium nobis incrementū.  
O suauis nimium redolens unguentum  
Cordium solacium et delectamentum  
O preciosissime sanguis salutaris.  
Sanguis qui uirtutibus summis dñaris  
Nos a cunctis hostibus semp tuearis  
Angelorum catibus iunge nos preclaris  
O admirabilis dulcis et amœna.  
Fac nos te diligere spernere terrena  
Celebris hominibus charitate plena.  
Nos omnes tueris ab æterna pena.  
Tu salutis semita tu es uita uena  
Fac nos omnes perfrui sempiterna caena  
Amen.

## SALVTATIO ANGELICA

